

maiores Ordines græco a Græco Antistite promovendi, ordinatos vero a Latino Episcopo sine hac dispensatione, debere in Latino ritum manere, nec posse amplius Latinum Episcopum eum ad Græcum Antistitem mittere cum dimissoriis, ut Ordines reliquos Græco more recipiat sine dispensatione Apostolica; maxime si post susceptos a Latino Antistite Ordines, latine vixerit, cum Latinus ritus semel assumptus sine Apostolice Sedis dispensatione deseri nequeat. 5. Non esse ordinandos Græcos sine dimissoriis Latini Diocetani ad Tomisiam, vel aliquem Ordinem, atque ita ordinatos manere suspensos, si ministraverint irregulares, sicut Latini, a quibus censuris sola Apostolica Sedes dispensare potest. 6. Non esse admittendos Episcopos Schismaticos sine pro Ordinibus, sine pro aliis Sacramentis conferendis, sed impediendos, quod S. Apostolica Sedes desuper consulatur, & responsionem habeatur; quos vero communionem S. Romane Ecclesie habere considerit, eis Pontificalia exercendi facultatem Ordinarios Latinos in suis Diocesis libere concedere posse. 7. Ordinarios a Schismaticis esse rite, dum servetur debita forma, recipere quidem Ordinem, sed non executionem; hos vero correctos, & emendatos, reconciliandos esse cum poenitentia salutari, dummodo errores, si quos amplexi fuerint, sua minus schisma abjacent in iudicio, vel publice, vel secreto pro qualitate facti. 8. Sed in Ordinibus per tot alias rite susceptis ministrare permittendos non esse, nisi cum ipsis super irregularitate, huiusmodi occasione contracta, auctoritate Sedis Apostolice fuerit dispensatum. Atque hinc quoad Orientales reliquos patet. 1. Hominem unius ritus non posse licite ab alterius ritus Episcopo ordinari, ordinatumque suspensionem manere, ac ita ministrantem fieri irregularem. 2. Idem dicendum, si sine proprii Episcopi dimissoriis ordinetur. 3. Requirit dispensationem ab Apostolica Sede, ut quis rite ab alieni ritus Episcopo ordinetur. 4. Ordinatos ab Hæreticis, & Schismaticis servata debita materia, & forma, valide esse ordinatos, sed manere ab Ordine exercitio suspensos; nec posse, dum in Orthodoxæ Ecclesie communionem recipiantur, ordines exercere, nisi antea ab irregularitate absolvantur. 5. Denum, Apostatas, & in hæresim lapsos, dum ad Ecclesiam redeant, non esse iterum ordinandos; quippe ex hæresi, vel Apostasia non amittitur ordo, qui præ se indelebilem fert characterem. Quamobrem in errore maximo sunt Syri Nestoriani, qui Diaconos, Presbyterosque Apostatas iterum ordinant, iuxta canonem centesimum decimum Synodi habitæ a Iosue Barnau Patriarcha

an. 820. quo statuitur, Diaconis & Presbyteris, qui Christum abnegaverint, iterum ab Episcopo manus imponendas esse, si ex tota virtute sua poenitentiam exhibuerint. Nota. Ex dubilis propositis Sac. Congr. a Fr. Iosepho de Hierusalem Ord. Min. Striv. Observ. Praef. Missiolum in Æthiopia, constat Archiepiscopum illius nationis non solere Ordines conferre, nisi dum octo aut decem mille ordinandi sint ex diversis partibus congregati; eos vero ita ordinare solere. Dispensis per Ecclesiam Ordinandis, Archiepiscopus per eam celeriter dicurrente, manus imponendo singulis Presbyteris, dicit, accipe Spiritum Sanctum: Diaconis vero non manus, sed Crucem Patriarchalem super caput imponit. Ad hæc Suprema Inquit. Consultores 10. Aprilis 1704. ita responderunt: Ordinario Presbyteri cum manuum impositione, & forma prolatione, prout in dubio, est valida: sed Diaconi ordinatio cum simplici Crucis Patriarchalis impositione omnino invalida est: quo vero ad præxim admittendi Presbyteros, & Diaconos ad exercitium suorum Ordinum postquam Catholicam fidem susceperint, sequentia observanda sunt. Si Sacerdos absolute dicat, se ordinatum fuisse cum manuum impositione, ac verborum prolatione, & nihil aliud obferat, poterit Missionarius, postquam cum illo super irregularitate dispensaverit, eumque ab excommunicatione absolverit, eundem ad exercitium suorum Ordinum admittere iuxta ritum approbatum, & expurgatum, in quo suis ordinatus. Si vero idem Sacerdos ingenue fateatur, se non recordari de materia, & forma sua Ordinationis, vel de una, aut altera dubitare, non potest admitti ad exercitium suorum Ordinum donec sub conditione fuerit reordinatus. Tandem si absolute asserat, vel manuum impositionem, vel forme prolationem, sine utranque commissam fuisse, reordinandus erit absolute, antequam ad exercitium suorum Ordinum admittatur: quia vero quilibet Sacerdos etiam valide ad Sacros Ordines ordinatus, fuit invalide ad Diaconatum promotus; idcirco ut possit suum Ordinem exercere, debet, si Sanctissimo placuerit, facultatem dispensandi Missionarii impetrari, cum illo tamquam per saltum ordinato, ac iam suspensio propter subsistentiam suorum Ordinum exercitium super irregularitate dispensari, & ab officio cessare, quousque per Episcopum Catholicum ad Diaconatum Ordinem promoveatur. Si hac facultas Missionariis concessa non sit, in huiusmodi casibus tenentur recurrere ad Apostolicam Sedem.

FINIS PARTIS PRIMÆ TOMI TERTII.

THEOLOGIA
MORALIS UNIVERSA
R. P. GABRIELIS ANTOINE

A REVERENDO PATRE

PHILIPPO DE CARBONEANO

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM
POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIE ORIENTALIS
DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

Dein novis accessionibus ex geminis scholarum & Ecclesie Doctoribus S. THOMA
AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. depromptis ad PAROCHOS,
CONFESSARIOS, præsertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM
informandam aucta, & illustrata

A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.
ACCEDUNT

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS GANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO
DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROOEMIALIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA

A JO. DOMINICO MANSI
ARCHIEPISCOPO LUCENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PER MULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS

BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

Litteris apostolicis excerptis locupletata, correctæ, nonnullis figuris aeneis
in fronte quorundam Tractatuum ornata,

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

TOMI TERTII PARS SECUNDA.



VENETIIS MDCCLXXXII.
APUD ANTONIUM ZATTA
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

A Vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del *P. F. Filippo Rosa Lanzi* Inquisitor Generale del Santo Officio di Venezia nel Libro intitolato: *Theologia Moralis uniuersa a R. P. Paulo Gabriele Antoine primum concinnata &c.*, non v'esser cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi; concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 4. Novembre 1768.

(ANGELO CONTARINI PROC. RIFORM.

(ALVISE VALLARESSO RIFORM.

(FRANCESCO MOROSINI CAV. PROC. RIFORM.

Registrato in Libro a carte 364. al Num. 2601.

Davidde Marchesini Segr.

Registrato al Magistrato della Besslemia in libro a carte 5.

Andrea Crattarol Segr.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Concediamo Licenza ad *Antonio Zatta* Stampator di Venezia di poter ristampare il Libro intitolato: *Theologia Moralis uniuersa P. Gabrielis Antoine &c.*, a *P. Dominico Mansi Archiepisc. Lucensi Medullitus inspecta &c.*, osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 27. Ottobre 1774.

(ANDREA QUERINI RIFORM.

(GIROLAMO GRIMANI RIFORM.

(SEBASTIAN FOSCARINI CAV. RIFORM.

Registrato in Libro a Carte 171. al Num. 142.

Davidde Marchesini Segr.

I N D E X.

TOMI TERTII PARS SECUNDA.

TRACTATUS

De Matrimonio.

CAP. I. D e sponsalibus quae sunt preparatio ad illud.	Pag. 1
CAP. II. De natura & proprietatibus Matrimonii.	5
CAP. III. De impedimentis Matrimonii.	23

APPENDIX I.

<i>A quibus, & qualiter obtinenda sint dispensationes Matrimoniales.</i>	38
ART. I. Unde, & quomodo obtinenda Roma dispensatio.	39
ART. II. De executione dispensationis.	44
ART. III. Quid in impedimentis Matrimonialibus possint Episcopi.	50

APPENDIX II.

<i>De Orientali Ecclesia circa Matrimonialia disciplina.</i>	51
--	----

TRACTATUS.

De Coniuris, & Irregularitatibus.

CAP. I. D e Coniuris in genere.	58
CAP. II. De Excommunicatione.	68
CAP. III. De Interdictis.	72
CAP. IV. De suspensione.	75
CAP. V. Irregularitate.	75

APPENDIX.

<i>De damnatis ab Ecclesia propositionibus, ubi decreta quoque nonnulla ad disciplinam pertinencia recensentur.</i>	1
CAP. I. De variis censurarum notionibus.	ibid.
CAP. II. Referuntur propositiones damnatae an. 421. & item an. 426.	2
CAP. III. Referuntur propositio Abbatis Joachimi de unione Divina Trinitatis in natura, damnata in Conc. Lateran. IV. anno 1215.	3
CAP. IV. Referuntur propositiones ann. 1276. a Joanne XXII. contra doctrinam D. Thomae de Palmaribus Parisiensis, damnatae in Extravagant. Cum inter nonnullos de verb. signif. ac item alia propositio ab eodem damnata in Concil. Lugdunensi.	ibid.
CAP. V. Referuntur propositiones damnatae anno 1511. in Concilio generali Viennensi sub Clemente Pontifice Maximo hujus nominis V. & sunt errores Mulierularum quarundam, quae Beguinae vocabantur, & in illis nonnullis vitae spirituales	ibid.

<i>huius miserrime jacebant. Referuntur deinde aliae propositiones in eodem Concilio damnatae.</i>	ibid.
CAP. VI. Referuntur propositio damnata an. 1418. in Concilio Constantiensi Oecumenico sub Jo. XXIV. tempore schismatis ante creationem Martini V. qui deinde hujus propositionis damnationem adprobavit: est autem propositio circa occisionem Tyrannorum.	ibid.
CAP. VII. De schismate hujus temporis.	ibid.
CAP. VIII. Referuntur propositiones damnatae anno 1418. sub Joanne XXIV. ante creationem Martini V. in Concilio Constantiensi sessione 4. contra Joannem Wiclehium.	4
CAP. IX. Recensentur propositiones Joannis Hus damnatae veluti erroneae contra fidem eodem anno. ib.	4
CAP. X. Recensentur Propositiones damnatae in Concilio Basiliensi sub Eugenio IV. antequam Concilium esset acephalum anno 1435. deceptae ex libro Augustini Romani Archiepiscopi Nazareni.	5
CAP. XI. Referuntur nonnullae propositiones Magistri Oxoniensis damnatae in Congregatione Complutensisi, quarum damnationem Auctoritate Apostolica confirmavit Sixtus IV. an. 1478.	ibid.
CAP. XII. Recensentur duae Propositiones circa Hominis animam rationalem, quas Leo X. damnavit in Concilio Lateranensi sess. 8. an. 1513.	6
CAP. XIII. Referuntur Propositiones xlii. Martini Lutheri a Leone X. damnatae anno 1520 per Bullam. Exurge Domine.	ibid.
CAP. XIV. Admonitum ad Ecclesiae Pastores, & Confessarios circa eorum officium, ac detestandum peccatum, qui Orthodoxos scholae, Theologosque Catholicos invidiosae Bajanissimi, & Fanfanisissimi nomine traducunt.	7
CAP. XV. Recensentur novem, ac septuaginta Propositiones Michaelis Baji, olim a Pio V. & Gregorio XIII. ac deinde ab Urb. VIII. an. 1674. confixae in Bulla. In eminenti.	8
CAP. XVI. De variis hominis ad ultimum suum comparati statibus, de libertate, deque Christi gratia: ubi ea potissimum declarantur, quae ad explicanda Lutheri, Baji, Fanfanis, Quasnelis, que systemata, atque ad vindicandas ab omni non Catholicorum opinionum necessaria ostenduntur.	11
CAP. XVII. Decretum SS. D. N. Alexandri VII. Feria 5. die 30. Januarii 1659.	14
CAP. XVIII. Decretum alterum ejusdem Pontificis die 24. Septemb. 1665.	15
CAP. XIX. Decretum tertium ejusdem Alexandri VII. die 18. Martii 1665.	18
CAP. XX. Decretum SS. D. N. Innocentii XI. die 2. Martii 1670.	19
CAP. XXI. Propositiones duae de omnipotentia donata, & subjecta creature, quae die 23. Nov. an. 1697. ab Innoc. XI. damnatae sunt ut tenerate ad minimum, & novae.	24

CAP. 24

IV

CAP. XXII. Propositiones duae de Confessione dixerit
ibid.

CAP. XXIII. Propositio unica ab Innocentio X. dam-
nata an. 1647. in Congregatione Generali Supre-
ma, & Universalis Inquisitionis. ibid.

CAP. XXIV. Propositiones duae ab Alex. VIII. dam-
natae 24. Aug. 1690. 25

CAP. XXV. Constitutio Innocentii XI. proscrībentis
otto, & sexaginta Theses, quae prae-textu Ora-
tionis quiescit a Michaele de Molinos doceban-
tur. ibid.

CAP. XXVI. Refertur Decretum alterum SS. D. N.
Alexandri Papae VIII. die 7. Dec. 1590. 28

CAP. XXVII. Breve Innoc. XII. proscrībentis tres
& viginti Theses, quae prae-textu amoris erga
Deum purissimi in Gallia docebantur. 31

CAP. XXVIII. Recensentur quinque Farsensis Propo-
sitiones cum censura eisdem assua in Constitu-
tione Innocentii X. Cum occasione. 32

CAP. XXIX. Retenentur Quaesitellae Propositiones
damnatae a Clemente XI. in Constitutione Uni-
genitis. 33

CAP. XXX. Recensetur Constit. Bened. XIV. qua
damnantur quinque dekello propositiones, & no-
vae poene in duellantes decernuntur. 35

EPISTOLAE ENCYCLICAE atque Decreta Apostolica fel-
liciter Recordationis Benedicti XIV. ad materiam
morum spectantia. 37

DECLARATUR unicam coemptionem diebus Jesum
ab omnibus servandam esse, &c. 38

DE JUVENIUM Disciplina &c. ibid.

DECLARANTUR Quaestiones circa Jesum &c. 39

DE USURIS atqueque injustis quaestibus. 42

DE APPLICATIONE Missae Parochialis pro Populo
&c. 44

DECRETUM Jussu Sanctissimi Domini nostri &c. 47

MERCIMONIA Super Eleemosynis Missarum &c. ibid.

DECLARATIO SS. D. N. Benedicti PP. XIV. cum
instructioe super Dubiis respicientibus Matrimo-
nia &c. 48

MATRIMONIA Occulta quibus, & quomodo sint
permissenda &c. 49

CONSTITUTIO Quae confirmantur Litterae jam editae
adversus Confessarios &c. 51

CONSTITUTIO Contra Clericos Secularibus Nego-
tiis se immiscentes. 52

CESSIONES Commodi exigendi fructus Beneficiorum
prohibentur &c. 55

RESIGNATIONES Beneficiorum cum reservatione Pen-
sionis, &c. 56

CASUS EPISCOPALES in Synodo Diocesana &c. 57

Casus Reservati, quibus non est adnexa Excommu-
nicatio. 58

INSTRUCTIO pro Confessariis in Farsensi Synodo edi-
ta. 60

Variae formulae actus contritionis, quem ut Peni-
tentes eliciant &c. 62

Actus Contritionis a Penitente elicendi prius-
quam Sacramentaliter absolvantur. ibid.

Alii actus. ibid.

Alius actus similis. ib.

Actus Contritionis in tentationibus utilis &c. ib.

Monita pro Confessariis ordinariis Monialium. lb.

Monita pro Confessariis Monialium extraordina-
riis. 64

APPENDIX trium Decretorum; unum Celsissimi, ac
Reverendissimi Episcopi Tridentini; alterum Sac-
rom. Inquisitionis; tertium FF. Min. editum in
Capit. Gen. Mantuano, circa usum opinionis
Probabilis. 65



TRA-



TRACTATUS DE MATRIMONIO.

CAPUT PRIMUM.

De Sponsalibus quae sunt preparatio ad illud.



Quest. I. Quid sunt Sponsalia?

Resp. Sponsalia sunt promissio mutua & legitima Matrimonii, l. 1. §. de Sponsal.

Quest. II. Quanam requiruntur ut Sponsalia sint valida?

Resp. Sequentia. 1. Verus consensus datus cum animo se obligandi, & per verba, vel alia signa externa declaratus, & acceptatus. Nam haec ad veram promissionem obligantem requiruntur.

1. Deliberatio sufficientis ad mortale: nam Sponsalia obligant sub mortali ad contrahendum Matrimonium.

3. Mutua promissio, ut constat ex definitione, quia hic contractus est onerosus, & una pars non censetur velle se obligare, nisi altera vicissim re-promittat; unde promissio unius includit hanc conditionem: Si tu re-promittis; & ideo dicuntur sponsalia, & l. 1. §. de Sponsal. re-promissio, hoc est reciproca promissio. Hinc si Titius Matrimonium promittat Bertae, & haec promissionem accipet, sed non re-promittat, non sunt sponsalia.

4. Habilitas utriusque ad contrahendum Matrimonium valide & licite: nam promissio de re impossibili, vel illicita, nulla est. Hinc habentis votum simplex castitatis perpetuae, vel ingrediendi Religionem, vel suscipiendi Ordinis sacri, invalida sunt sponsalia, licet jurata, c. 6. Qui Clerici &c. Idem

Antoine Theol. Moral. T. III. P. II.

dic de sponsalibus personae catholicae cum haeretica sine dispensatione factis: nam sunt promissio rei illicitae.

5. Jure canonico septennium completum, c. 4. & 5. de Sponsal. impub. Tamen juxta multos valent, si militia suppleat aetatem, id est, si ante septennium aperte coniter, sponso habere sufficientem usum rationis ad talem contractum. Controvertitur, an infra ex metu gravi injuste incusso a parte contrahente valeant. Sed constat, ea posse a metu passo rescindi; quia habet jus ut restituatur in priorem suam libertatem.

Sed quid si sponsalia contracta sint ab impedi-
tis, v. gr. consanguineis, sub conditione, si Papa
dispenset?

Resp. Non valent, si sciverint Papam non solere dispensare in tali impedimento: quia tunc conditio censetur impossibilis. Quod si dispensare soleat, sed abijt iusta causa dispensationis, debent dissolvi; cum tunc illicitum sit dispensationem petere & dare. Si vero Papa soleat in tali casu dispensare, & adijt iusta causa, juxta multos valeant sponsalia, & post ista dispensatione sunt absoluta: quia sunt sub conditione possibili, honesta, & relata ad tempus quo personae erunt habiles.

Nota. Sponsalia filiorum familias inconsultis parentibus contracta, sunt illicita, ut pote contra preceptum honorandi parentes. Immo servari non debent, si inde grave scandalum timeatur. Idem dicunt aliqui, si parentes iusta de causa contradicant, cum Matrimonia invititis rationabiliter parentibus sint illicita; tunc, si postea consentiant.

Quest.

Quæst. III. Quomodo contrahuntur sponsalia?
Resp. Multipliciter. 1. Expresse dicendo, *Accipiam te conjugem. Promitto tibi Matrimonium*, vel tacite, ut si parentes promittant pro liberis presentibus, nec contradicentibus post pubertatem, c. unico. de *desponsat. impub. in 6.* Nam hæc liberorum taciturnitas censetur tacitus consensus. 2. Interpresentes vel inter absentes per procuratorem, aut litteras &c. 3. Absolue, vel conditionate. Sed condicione contracta non parit obligationem nec impedimentum, nisi condicione impleta, cuius eventum expectare tenentur promittentes, ex cap. unico. de *spons. in 6.* at hæc posita sunt absoluta. 4. Publice, vel clandestine: nam ad illa iure communi non requiritur presentia Parochi & testium, ut teste Fa-gnano declaravit Sac. Congr. Card. quia Conc. Trid. nihil statuit, nec innovavit circa sponsalia, que ante illud clandestine contracta valebant, cum ante illud ipsa Matrimonia clandestina essent valida, ideoque & sponsalia, que sunt quid accessorium & preparatio ad Matrimonium. A iure autem veteri non est diffeudent, nisi per novum exprimat, ex l. 22. cod. de *appellat.* Iure tamen particulari multarum dioceseon, præsertim Gallie & Belgii, sponsalia celebrari debent coram Parocho & testibus. In quibus dioceseibus, si coram Parocho non fuerint contracta, sunt nihilominus rata & obligatoria, inducuntque impedimentum publice honestatis, juxta Rituale Cameracense, & Synod. Mechliniensem, cum a Concil. Trid. sint relicta intacta, atque relicta in terminis & dispositionibus juris communi.

Quæst. IV. Quos effectus habent Sponsalia?
Resp. Tres. 1. Est gravis obligatio contrahendi Matrimonium tempore præsentio; aut si nullum tempus per sponsum vel per cocontractum constitutum sit, parte una opportune id exigente, nisi altera iustam habeat causam differendi. Nam omnis contractus onerosus obligat ex iustitia, ideoque sub mortali in re gravi. *Hi qui de Matrimonio contrahendo iure &c. sone omni condicione solum dederunt, commonden-di sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstent solum solum observent,* ait Innoc. III. c. 2. de *spons. Hinc qui culpabiliter resistit a sponsalibus, perdit suas arras, & tenetur reddere alteri parti suas, immo & ei restituere impensas factas, & damna, seu quanti ejus intererat talem contractum impleri: quia in hoc injuriarum fecit.*

2. Est jus inchoatum ad rem in corpora mutua, quo fit ut quamvis usus sit sponsus illicitus, tamen si sponsus fornicetur cum alia, vel sponsa cum alio, peccet contra castitatem simul & iustitiam. Nam abusus rei ex iustitia alteri debetur et contra iustitiam. Ergo cum abusus sponsorum fit ipsi sponsis ex iustitia debentur, licet nondum traditum & abusus ejus alteri concessus, est contra iustitiam. Que injuria, utpote in re gravi, mortalis est, ideoque explicanda in confessione. Sed in sponsa longe gravior est, cum ipsa per fornicationem longe violor, ac deterior fiat.

3. Est impedimentum iustitie publice honestatis. Quæst. V. Quibus ex causis dissolvuntur Sponsalia?
Resp. Dissolvuntur. 1. Mutuo sponsi, & sponsæ consensu, c. 2. de *sponsal.* sicut alii contractus. Nam

singuli possunt cedere juri suo; & Omnis rei, quæ per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, c. 2. de *reg. jur.* idque est fuerit juramento firmata: quia in omni juramento promissio subintelligitur conditio: *Nisi promissarius renitatur.* Modo tamen ambo sint puberes, nam impubes aut pubertatem resilere non possunt, c. 7. de *sponsal. impuber.* Quod statutum est, ne ob inconstantiam ac levitatem sapienter nova contrahant sponsalia, & rursus dissolvant. Sed impubes, cum pervenerit ad pubertatem, potest pro libito illa dissolvere; nisi intervenierit copula, c. 19. de *sponsal.*

2. Per Matrimonium valide contractum cum alia persona, quamvis fuerit jurata, c. 22. & 31. de *sponsal.* Quia res tradita per contractum ipsiusmodi, non potest amplius tradi priori promissario. Sed pars, que sic contraxit, altera rationaliter invitata, peccat mortaliter violando contra iustitiam fidem datam: unde in cit. cap. dicitur, quod est de violatione fidei penitentia injungenda. Nec secundum multos sponsalia postea reviviscunt, cum per illud Matrimonium extincta sint. Obligatio autem semel extincta non reviviscit, ex lib. 98. de *solut.* Non tamen dissolvuntur per secunda sponsalia etiam jurata: quia hæc nulla sunt, cum sint promissio de re illicita præstanta.

3. Per superveniens impedimentum Matrimonii dirimens, v. gr. assistentem inter sponsum contractam, ex unius fornicatione cum persona conjuganea alterius in primo & secundo gradu, c. 7. de *eo qui cognovit &c.* Nam tunc res promissa fit illicita, & iure impossibilis.

4. Per diceumum unius in regionem longinquam sine consensu alterius, c. 5. de *sponsal.* nam censetur juri suo cedere.

5. Secundum multos, per notabilem moram culpabilem sponsi vel sponsæ in contrahendo Matrimonio infra tempus constitutum. Quia qui est in tali mora, censetur alteri obligationem remittere, quamvis ipse ex parte sua adhuc teneatur, si alter velit, Matrimonium inire: nam culpa non liberat eum ab obligatione contracta; alias commodum ex culpa reportaret.

6. Per fornicationem sponsi vel sponsæ cum tertia persona post sponsalia esse jurata, c. 15. de *jur. jur.* Quia in sponsalibus intelligitur hæc conditio: *Nisi contra legem sponsalium feceris.* Et quia fornicatio frangit fidem, & suspectus alteri redditur de fide in futurum servanda. Præterea tunc est notabilis mutatio. Item dicunt multi, si sponsa permiserit se ab alio impudice tangi, quia per hoc fit notabiliter violor, & ingerit metum, ne fidem marito non servet. Quod etiam extenditur ad sponsum, si exerecerit actus turpes circa aliam valde frequentes. Sola tamen pars innocens libera est, nec privatur jure suo ob alterius culpam. Sponsus vero, qui cognito jure resiliens cognovit carnaliter spon-sam, tenetur illam ducere; nam per hoc censetur suo juri renuntiasse, & sponsalia renouasse.

7. Per professionem unius in religione approbata, aut per susceptionem Ordinis sacri, nam utraq; Matrimonii incapacitatem parit. Tamen secundum multos non licet sponso sacros Ordines suscipere, quia frangeret fidem alteri datam in materia gravi iustitie.

At licet ingredi religionem; quia vel ex natura rei, vel saltem ex dispositione Ecclesie hæc conditio in sponsalibus includitur; *Nisi volueris ingredi religionem.* Cum autem una pars ingrediatur religionem, altera juxta multos potest ante ejus professionem resiliere: quia ingrediens religionem hoc ipso censetur renuntiare sponsalibus, vel saltem dare alteri causam iustam resiliendi, ob incommodum quod pari deberet expectandum per annum ut ei nubat. Sed si egrediatur, tenetur Matrimonium contrahere cum parte id exigente, nam quamvis jura ingressum religionis sponis permittant, nusquam tamen eos liberant simpliciter ab obligatione sponsalium; & quamvis ingrediens cedat juri suo, manens in seculo non edit. Immo ex communi sententia votum religionis post sponsalia etiam jurata factum obligat ad ingressum religionis, & sic ipsa sponsalia dissolvit, quia directe tendit ad aliorum perfectionem statum, quem impedire non debent sponsalia de futuro. Enim vero Matrimonium non tamen consummatum non impedit vim & obligationem hujus voti, est post illud emissum.

8. Ob quamlibet mutationem notabilem in alio supervenientem sponsalibus, que si prius extitisset, a sponsalibus merito abderuisset, & ob quam consensus datus non censetur secundum prudens iudicium extendi ad talem casum, ut si superveniat notabilis deformitas, aut infirmitas, morbus contagiosus, maritatio, ex cap. 23. de *jur. jur.* Item infamia, graves inimicitie inter utranque familiam, vel inter ipsos sponsum ortu, paupertas, sponsa corruptio, est, per vim, defectus dotis promissæ, magna mutatio morum in prius, hæresis ob periculum subventionis in se vel in prole &c. Quia hæc est intentio virtualis consentium, qui non censentur voluisse se obligare ad standam promissis in his casibus, & superveniente notabili mutatione, qua prævisa iudicio prudentum promissio non esset facta. Promissio autem non obligat ultra intentionem promittentis, nisi ratione deceptionis aut alterius injustitie.

Porro diversa est ratio in sponsalibus ac in aliis contractibus. Nam ipsa majorem libertatem possunt, cum ad mutuum amorem, & ad contrahendum vinculum indissolubile Matrimonium ordinantur. Idque etiam in eodem statu permanentibus, & includit omnes conditiones contractus cui adhibetur.

Item dicit, si quid litigum vel simile antea latens detegatur post sponsalia: ut si que parabat legitima, vel nobilis, vel dives, vel virgatus, talis non sit, ex lib. 5. de *sponsal.* ubi resiliens ex sponsalibus ob causam præcedentem ignoratam, non amittit suas arras, quas antiret, si injuste resiliert. Ratio est, quia respectu ignorantis sunt notabiliter mutatae spectatae priore ejus voluntate, cum deo inveniatur defectum notabilem prius ignoratum: & in jure non cum primum innotescit, idem præstat ac si tum fieret, ex c. 4. de *except.* Secus esset, si aliquidi istorum aut sponsalia non laeterit, cum eo non obstantem sciens: volens promittere, excepta hæresi. Non possunt tamen dissolvi sponsalia ob hereditatem alterutri obvenientem: quia alter per hoc non est factus deterior conditionis.

9. Si ex matrimonio mali exitus timeantur ex c.

18. de *sponsal.* vel grave scandalum, perturbatio &c. Nam tunc executio est illicita, nec fuit intentio sponteum fide in tali casu oblatore.

Porro vota in sponsalibus priore resiliertis apposita non obligat iuste resiliertis: quia rem ipsa supponit culpam, & innocenti injuste inferitur. At obligat in conscientia injuste resiliertis, quia insert injuriam propter quam debet esse pacta penam promissam subire.

Sed an sponsalia dissolvuntur per subsequens votum simplex perpetue castitatis in seculo servande?

Resp. Alii alterunt, quia putant sponsalia fieri sub hac tacita conditione: *Nisi me Deus ad sanctioris vite rationem vocaverit.* Alii cum S. Antonio negant, tum quia id neque ex natura rei, neque ullo iure probari potest, nec fiant sub conditione prædicta, sed solum nisi status religiosus eligatur. Nam nullo iure nec traditione ostenditur, inesse sponsalibus hanc tacitam conditionem: tum quia ex cap. 5. *Qui clerici &c.* femine, que Matrimonium promittit, penitentia imponitur de fide mentita, quamvis post sponsalia votum castitatis emiserit; tum quia Deus non acceptat promissionem rei prius promissæ & debite alteri, tanquam factam in damnum & contra jus illius. Sic obligatio dandi domum promissam Petro diviti non solvitur per votum dandi illam hospitali. Igitur, inquit, qui post sponsalia votum castitatem, nec potest ab altera parte obtinere remissionem sponsalium, tenetur Matrimonium inire, & debitum præstiti reddere: sed ei petere non licet, quia valet votum in his omnibus, que injuncta non sunt, unde sponsalibus, vel Matrimonio dissolutis tenetur servare continentiam.

Porro ex communi sententia votum simplex castitatis vel religionis sponsalia præcedens, facta illa irrita, ex c. 6. *Qui clerici vel voventes.* Quia tunc sunt promissa rei illicita faciente, nempe in eodem Matrimonio, & executo est peccatum.

Nota. Ad dissolvenda sponsalia requiritur auctoritas iudicis ecclesiastica in his casibus. 1. Si moraliter non constat de sufficientia vel veritate causæ dissolvendi; alias enim dissolvens committeret probabili injustitie periculo, immo est injuria in dubio privare alterum jure per illa acquisito. 2. Si sponsalia sint publica, causa ante dissolvendi occulta, ex c. 7. de *sponsal.* nam debitus ordo, & evitatio scandali id exigunt.

Hæc loco addendum censui necessarium doctrinam, qua in lib. 111. c. 59. cit. traç. DE SYNODO explicatur, qua ratione se gerere debeant Parochi cum his, qui doctrinam Christianam ignorant, & matrimonium contrahere contendunt: *In Synodo Bononiensi, habita anno 1674. dicitur, non posse viros, & feminas a Matrimonio contrahendi, hoc nomine proliberi, quod doctrinam Christianam ignorent, quomodo deceat, ut Parochus ejusmodi prohibitionem illis committatur, quo facilius eosdem inducat ad Fidei rudimenta addiscenda; idem sensit Romæ, in nota ad Constitutionem Synodalem Gerundensis lib. 11. tit. 1. c. 2. ubi cum in hac offenderit Synodalem sanctionem, Renovantes Constitutionem, in ultima Synodo editam, circa doctrinam Christianam statuitur, & ordinamus quod de cetero ad sponsalia per verba de præsent non admittantur, qui do-*

4
Christiam Christianam nescierint, & confirmati non fuerint, loco eam illustrandi, uti alias solent, tacite impugnat, docent, sed non esse Episcopo, quem- quod a Matrimonio arceat, hanc solum ob causam quod doctrinam Christianam ignoret, sed duntaxat posse blandis verbis, atque abhortationibus cum inducere ad Matrimonium differendum, donec Christianis imbuatur instituti: nec dissimilia sunt, que in hanc rem adduxit Marcellus Severoli in suo Voto, impresso par. 14. rec. dec. n. 52. & 53.

2. Falsetur hac opinio quorundam Theologorum auctoritate, qui cum ignorantiam doctrinam Christianam non invenierint in vulgatis versiculis, in quibus enumerantur impedimenta Matrimonium impediencia, afferere proinde non dubitarunt, neminem posse ob illam solum a Matrimonio celebrando cohiberi: ita docuit Thomas Sanchez, lib. 111. de Matr. disp. 15. num. 9. insulenti: Nescio tamen, qua ratione possit Episcopus ob hanc ignorantiam arceat aliquos a Matrimonio contrahendo, cum ipsius non sit impedimentum Matrimonii status, nec hoc impedimentum ab Ecclesia statutum fit: & sequitur Diana in edit. Coordin. tract. 6. com. 2. resol. 95.

3. Verum huc doctrinam & Rituale Romanum, & S. Carolus Borromeus, & quamplurime Episcopales Synodi, ac Summorum Pontificum edita adversantur: ceterum Rituale Romanum tit. de Matrim. de hisloque, qui Matrimonium sunt iungendi, ait: Utroque sciat rudimenta Fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant. S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi v. par. 3. (Act. Eccl. Mediol. par. 1. p. 286.) hac tenore: Parochus, quos Sponsos experiendo videt doctrinam Christianam rudimenta plane ignorare, ne Matrimonium illos ante iungat, quam ea item ratione cognovit didicisse, que eo de genere illos plane scire oportet. Que verba advertens Franciscus Amatus Paquet instit. Cathol. tom. 2. par. 4. sect. 1. cap. 8. §. 1. n. 6. inguit, Non accedendum prius ad connubii legem, quam teneatur præcipua religionis mysteria, Christianæque viæ ratio, & conjugatorum officia probe noscantur. In Archiepiscopali Bononiensi Cardinalis Gabriels Paleari par. 3. pag. 157. cæceter, ne Parochus ad tertiam deventas Matrimonii denuntiationem, nisi certo noverit, Sponsos principalia Fidei nostræ mysteria didicisse, & saltem, & Orationem Dominicam, & Sacramentum Anglicanum, Symbolum Apostolicum, & Præcepta Decalogi memorie mandasse. Idem edidit innumera Synodi, collecta a Genesio Theolog. Moral. tom. v. tract. 9. c. 2. q. 17. quibus addimus Synodum Ferdinensem habitam an. 1685. a Cardinali Barberino: Cænesinensem habitam an. 1691. a Cardinali Denhoff: Neapolitanam habitam an. 1694. a Cardinali Cantemio: Ariminensem habitam anno 1724. a Cardinali de Vitis: Neapolitanam habitam an. 1726. a Cardinali Pignatello: Sabinensem habitam an. 1736. a Cardinali Albano, omnes ad titulum de Matrimonio; ac demum in Congregatione, habita coram san. mem. Innocent. XII. an. 1697. decretum est, non esse a Parochis Matrimonium in Ecclesia proclamandum nisi antea Sponsos repererint in Christianæ religionis rudimentis sufficienter instructos, quod quidem decretum confirmatum fuit a sel. rec. Clemente XI. in suo Bullario pag. 326. Idem edixit

Cardinalis de Roban in suo Rituali Argentinensi, ad tit. de Matrim. pag. 255. ubi Parochos diligenter investigare iussit, an Matrimonium iungendi teneant rudimenta Fidei. Ac denique No ipsi in nostra Encyclica episcopa ad universos Episcopos (que est 42. in nostro Bullario §. 11.) hæc scripsimus, Verum, cum Matrimonio iungendi non sunt, si Parochus, ut debet, prius interrogando deprehenderit, marem, seu feminam, que ad salutem necessaria sunt, ignorare; vix tante, ac tam luduosa ignorantie locum relinquit Episcopus, qui Pastores animarum admonet officii sui, & hæc fit delicti, negligentie repetant penas.

4. Quamobrem cum doctrina tradita in citata Synodo Bononiensi an. 1694. a communi Ecclesie sensu, & præxi discordet, episcopo reformanda, & corrigenda, si uti recte correctæ fuit in alia Synodo Discretoria Bononiensi, celebrata a Cardinali Borromeo an. 1699. l. 11. c. 9. atque denum a Nobis Notitiæ, 9. & Notitiæ, 46. ubi ad Matrimonium contrahendum, neminem admitti præcipimus, Christianis instituti nondum facti edocum.

5. Neque in contrarium scit, quod aiebat Sanchez, nimirum non posse Episcopum nova impedimenta Matrimonium impediencia statueret. huc enim difficultati in primis reponimus, ab Episcopo repellente a Matrimonio contrahendo ignorantem Christianæ religionis necessaria rudimenta, nullum de novo poni impedimentum, sed illud explicari, & inculcari, quo idem iam detinentur. Enimvero cum Matrimonium inter Fideles non sit ex se impedimentum, sed Sacramentum a Christo Domino institutum, atque a numero eorum, que dicuntur vivorum, nono, sine grati sacrosilegio, illud, celebrare potest in statu peccati mortali, quod optime perpendi didicimus Covarruvias super 4. Decr. parti. 2. de Matrim. c. 6. in princ. inguient: Existens in mortali crimine non potest abique novo peccato Matrimonium contrahere; tractat enim indecenter Sacramentum hoc maximum. nec Parochus licite eidem Matrimonio assistit. Quamvis enim iuxta communionem, magisque receptam sententiam non sit Sacramentum Matrimonii Minister, ut in precedenti capite diximus, nihilominus in multis comparatur Ministro, nec licite sua presentia, & auctoritate firmare potest contractum, quem citi a contrahentibus sacrilege imiri, quemadmodum præsequitur Cardinalis Lauræa in 4. sent. tom. 3. disp. 22. art. 2. num. 549. & pluribus Franciscus Maria Mussetula Archiepiscopus Rossanensis in sua de Sponsalibus & Matrimonio, que extat post secundam impressionem, observat. bon. mem. Zauli ad futura Valentina, iterumque edita ex Neapoli an. 1742. Qui autem Fidei rudimenta ignorat, que ex gravi præcepto scire tenetur, quamvis illa non addidit, cum potest, versatur in statu peccati mortali, ac propterea iure, ac merito a Matrimonio contrahendo arceatur. Deinde idem Sanchez cit. disp. 15. n. 3. & lib. vii. disp. 6. n. 6. Bassilius Pontius de Matrim. lib. vii. cap. 7. Gaspar Hurtado disp. 25. de Matrim. difficul. 1. n. 1. & Perex de Matrim. disp. 23. sect. 1. n. 1. non solum in Episcopo, sed etiam in Parochio facultatem agnoscenti impediendi ad tempus Matrimonium ex aliqua rationabili causa: puta ad sedandum scandalum vel ad detegendum aliquis ob-

CAPUT II.

De natura & proprietatibus Matrimonii.

Quest. I. Quid est (Fide N. 17) Matrimonium?

Resp. Matrimonium dupliciter accipitur, nempe pro contractu, & pro vinculo pro talem contractum indico. Matrimonium pro contractu acceptum recte definitur: Contractus legitimus, quo vir & femina sibi mutuo tradunt, & acceptant potestatem corporum in ordine ad actum generationis, & se obligant ad se mutuo iuvandum & perpetuo cohabitandum. Matrimonium vero pro vinculo acceptum communiter definitur: Maris & femine conjunctio maritalis ac legitima individuum vite consuetudinem retinens, ex c. 12. de præsumpt. Sumpsum autem pro Sacramento est contractus, modo didicus gratie significativus & collativus.

Matrimonium, pro vinculo sumptum dividitur in legitimum, ratum, & consummatum. Legitimum est illud, quod legitimo consensu inter personam non impediat contractum esse: quale etiam nunc est inter non baptizatos. Unde ut ratione non est Sacramentum, aut saltem præfuitur a tale non est Sacramenti.

Ratum dicitur, quod est & legitimus & Sacramentum, sed nec dum copula carnali consummatum: tale est inter soles baptizatos.

Consummatum est illud, quod accedente copula carnali extinguitur completur.

Quest. II. Quanam est materia, & forma, & minister huius Sacramenti?

Resp. Circa hoc dissentiant Theologi. Aliqui docent, materiam esse consensum contrahentium exterioris expressum: formam vero, verba que profert facies, qui proinde eius minister est.

Alii longe communius contendunt, ipsos contrahentes ponere materiam & formam, ideoque esse eius (1) ministros: sed in assignanda illa materia & forma inter se dissentit. Secundum multos materia est mutua corporum traditio: forma vero motus corporum acceptatio, facta signo sensibili consensum internum exprimentem: Secundum alios, materia est consensum internum contrahentium; forma tamen signa externa consensum illum exprimentia. Demum secundum alios materia funt corpora habilia, forma est mutui coniugii consensu.

Quest. III. An & qualis requiritur consensus ad valorem Matrimonii?

Resp.

(1) Absolventem Bened. XII. ab ea crisi que agitur inter Theologos agitata, num Parochus si huius Sacramenti Minister, seu potius ipsi contrahentes simul materia, forma, & ministri huius Sacramenti habeantur. Utriusque sententia fundamenta late exposita videntur in Synodo Ducece. lib. 7. c. 28. Quamquam non obscure inclinare visus est in sententiam, que contractus, & Sacramenti totum quicquid contrahentibus vindicat. Merito tamen reprehendendi sunt illi, qui a contractus matrimonium non exigunt scientiam doctrinam Christianam, saltem eorum que ad salutem necessaria sunt. Mandavit enim Clementi, & ipsemet Bened. XII. in quadam Encyclica, que est in eius Bullario Tom. 1. n. 43. ut Pastorem ad initiandis Matrimonium exquirat interrogando, que ad salutem necessaria sunt, & se deprehenderit ignorasse, matrimonio iungendi non sunt. Monet insuper, cum Giraldo, illi, qui præcipua Fidei mysteria sciunt, ea vero que sunt de necessitate præcepti rudi solum modo tenent, illos quidem posse aliquandiu retineri a Matrimonio celebrando, &que interim Parochus illos diligenter doceat, & se deprehenderit rudiores esse ingenio, & ex illis memoria ut doctores fieri non valent, tenetur tandem conjungere. Ibid. c. 29.

obijci impedimenti veritatem nec tamen inde confici astantur, verum & proprium impedimentum eorum auctoritate Matrimonio apponi: siquidem illa prohibito temporaria est, atque ablatio scandalum & detecta salutate obijci oblatum, non illa dispensatione cessat, & extinguitur. Idem autem contingit in re nostra, Episcopus enim ignorantibus Christianæ religionis instituta, & præcepta, Matrimonium interdicere solum ad tempus, donec scilicet illa addidit, quod si hæc prohibito diuturna sit, & perseveret, id per accidens est, atque unice oritur ex culpa eorum, qui illi stridri aut recusant, aut negligunt.

6. Unum tamen advertendum addimus, quod recte consideravit Giraldo de Sac. Matrim. tract. 21. cap. 3. dub. 13. num. 112. nimirum quandoque evenire, ut quæ præcipua Fidei nostræ mysteria & sciat, & credat, cetera pariter, que necessitate præcepti sunt addidenda, aliqui saltem rudi modo præcepti: sed quæ hebetis est ingenii, & ex illis memoria retinere, & recitare non valent, in hoc autem rerum statu, non debet perpetuo arceat a Matrimonio, quod est institutum in officium nature, & propterea nemini sine propria culpa est denegandum, sed curabit Parochus, ut qui eo memoria defectu laborat, frequenter audiat, que semel crasse didicit, ne ab eis mente penitus elabatur. Inter celeberrimas Consi. Gibraltinæ editas a Jo. Math. Giberto Episcopo Veronensi, quas alibi commendavimus tom. v. c. 23. legitur, Cum autem quilibet Christianus Oracionem Dominicam, Symbolum Apostolicum, Præcepta Dei atque Ecclesie scire debeat, retinendo saltem sensum, & Sacramentibus, ac Prædicantibus munere sibi imposito, prout tenentur, funditus nullus se in veritate excusare poterit, quod quæ necessaria ad salutem addicere possit, non habeat; ideo præmissa nescientes, ut magis confundantur &c. in faciem Ecclesie ad Matrimonium contrahendum non admittantur, ubi Cardinalis Augustinus Valerius in notis ad rem subdit: Adverte non esse arceandos eos, qui ut necessaria ad salutem perdidit, faciunt quod in se est, sicut qui scholas doctrinæ Christianæ frequentant; quia non ob incuriam, aut negligentiam, sed ob ingenii, memoriæve imbecillitatem ea non addidit.

Resp. Requiritur verus consensus internus, mutus, de presenti, per verba, & alia signa sensibilia expressis, plane deliberatis, in se liber & immunita a metu gravi iniurioso, ex Conc. Flor. Itaque 1. Requiritur verus consensus internus & mutus: Nam Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum, cap. 25. de spons. Constitit enim in contractu legitimo, qui est essentialiter duorum consensus. Hinc si consensus sit ex alterutra parte fictus nullum est Matrimonium, c. 26. de spons. Qui tamen fictis consensus, peccavit graviter, tum contra reverentiam Sacramenti, falso & sine intentione adhibendo eius signa; tum contra iustitiam, quia in contractu oneroso, si unus bona fide ponat partem suam, habet jus ut etiam alter adiciat suam, & sic ponatur aequalitas. Unde teneatur iniuriam rescilire, & damna compensare, immo & tollere deprecationem, vere consentiendo & contrahendo: nisi aliqua causa gravis obstat, qualis est magna conditio inaequalitatis, vel si gravis mala, capitales inimicitiae, diffidia, scandalum grave ex tali Matrimonio merito timeatur; quo casu licet peccunia compensatio. Excipiuntur etiam hi casus, nempe si tanta fuerit evidens fictio, ut mulier consentire voluntarie decepta fuisse, quia volenti non fit iniuria, vel simul decepta ipsam etiam deceptam, simulando se esse virginem, cum non esset.

2. Consensus debet esse de presenti, ex cap. 31. de sponsal. Quia per sola verba de presenti fit traditio, in qua constitit Matrimonium, quo traditur mutua corporum potestas, nam per verba de futuro fit solum promissio. Ideoque debet esse mutuo acceptatus, ex cap. 3. de spons. duorum: nam traditio non est completa, nec dat jus sine acceptatione. Porro hinc omnia verbis, quibus conjuges proprium consensum expriment, significant etiam se acceptare obligationem, & consensum ab altero se acceptare, nam haec verba; *accipio te in uxorem, vel in matrem, aut aequivalentia*, utrumque significant, nempe & obligationem propriam, & acceptationem obligationis alterius conjugi: nec possunt unum sine altero velle, & exprinere; cum enim fit contractus, consilans essentialiter ex utriusque obligatione, non potest vir, v. gr. dicere: *Volo esse tuus vir*, quin eo ipso dicat virtualiter, & implicite: *Volo te habere in uxorem, & consequenter volo te habere mihi obligatam*, sine qua obligatione non esset uxor, nec vir eius maritus. Item non potest vir velle accipere mulierem in legitimam uxorem, quin simul velit esse eius maritus, ideoque fit ei ut uxori obligare, cum nequeat habere illam uxorem, nisi se velit esse eius maritus, & se ei obligare; idem est de uxore.

3. Debet esse plane deliberatus, hoc est, factus cum advertentia de se sufficienti ad morale. Nemo enim potest obligationem gravem sibi liberam contrahere, nisi plane consentiat. Item debet esse in se liber; nam omnis contractus humanus exigit esse in se liber, & non in causa tantum. Unde non valet, si datus fit in ebrietate voluntaria, in qua fuerit praevius, nec debet esse extortus ex metu (Vid. N. 180. & seq. duos.) gravi iniurioso: nam consensus hic extortus invalidat Matrimonium, ut dicitur infra.

4. Utriusque consensus debet esse simul moraliter,

ita ut unus partis consensus perseveret moraliter, nec revocatus sit, dum exprimitur consensus alterius; alioqui non esset mutus duorum in idem consensus. Sufficit tamen si consensus unus physice praeterito non revocato, accedat consensus alterius, licet interposito intervallo; nam id omitt contrarius sufficit, & alias non potest iniri Matrimonium per litteras, vel procuratorem.

5. Ille consensus debet signum aliquo externo exprimitur: quia est contractus humanus, ideoque non nisi modo sensibili perficiendus; & quia mutua requiritur consensus acceptatio. At non potest acceptari nisi cognoscatur, nec cognosci nisi per aliquod signum externum tradatur. Quamvis autem ad eius valorem sufficiat quodvis signum sufficienter cum manifestans, ex Carech. Rom. & ex Conc. Florent. quod non requirit verba absolute, sed cum addito regulariter; tamen verbis proprie dictis exprimit debet, dum potest; quia verba vocalia melius ac clarior, quam alia signa, consensum expriment; proinde usurpari debent in contractu tanti momenti, dum possunt.

Quaest. IV. An ad Matrimonium valorem requiritur, ut intendatur copula?

Resp. Nego. Sed sufficit quod intendatur saltem implicite & consensu translatio domiini corporum in ordine ad actum conjugalem, seu jus ad copulam. Quia 1. Matrimonium nihil est aliud essentialiter, quam iura traditio, & acceptatio potestatis corporum in ordine ad copulam, dando & recipiendo jus ad copulam. Unde copula supponit jam Matrimonium constitutum. Item essentia Matrimonii consistit in conjunctione animorum per mutam traditionem potestatis corporum ad finem Matrimonii saltem consensu cognitum. 2. B. Virgo & S. Joseph ex communi sensu Ecclesiae, verum contraxerunt Matrimonium; licet non intenderint copulam, immo se per votum obligarint ad se abstinentiam ab ea. 3. Valde inhiat Matrimonium cum voluntate ingrediendi religionem ante illius consummationem.

Quaest. V. An sufficit consensus conditionatus?

Resp. 1. Valet Matrimonium, si conditio fit de presenti, & extet; vel de praeterito, & extiterit: quia, posita conditione, consensus transit in absolutum, cum sit aut fuerit id, ad quod ut praesens aut praeteritus consensus alligatus est. Secus, si conditio non subsistat; nam tunc abest consensus; quippe contrahentes ab initio consentire nolunt, nisi statuto tempore impleatur conditio. Si autem conditio honesta & possibilis sit de futuro contingenti, non perficitur Matrimonium, donec impleatur conditio, ex c. 5. de condit. quia non perficitur nisi conditio, quo contrahentes sibi mutuo tradunt actu potestatem suorum corporum, in ordine ad actum generationis: at non tradunt nisi consensu absoluto, aut in absolutum transiente, ut patet ex aliis contractibus; nam voluntas non vult tradere nisi posita conditione. Itaque vel Matrimonium suspenditur usque ad conditionis eventum, quem tenentur contrahentes expectare, & eum non impellere, si conditio non fit turpis.

Hinc qui sub conditione de futuro unam duxit, si ante impletam conditionem aliam abducatur, valet hoc ultimum Matrimonium, licet fit illicitum: Si autem duxerit duas sub tali conditione, valet

lebit cum illa, cum qua conditio prius implebitur. Si vero conditio non impleatur, nullas est contractus, c. 2. de condit.

Porro quamvis secundum multos, adveniente conditione Matrimonium perficatur sine novo consensu, modo prior consensus non fuerit revocatus, quia ceteri contractus conditionati posita conditione sunt absoluti; tamen in praxi curandum est, ut sic contrahentes impleta conditione consensum renoveat, & quidem coram parochio & testibus, ne forte ab alterutra parte revocatus fuerit; & quia multi alii novum consensum absolute existunt. Item contrahentes debent coram Parochio & testibus affirmate conditionem esse impletam, nisi hi eius implerioni interfuerint, quia Conc. Trid. exigit, ut intelligant Matrimonium vere contractum esse.

Resp. 2. Si conditio apposta repugnet naturae, indissolubilitati, vel fini Matrimonii, aut ejus bono ac fidei, irritum est matrimonium, ex cap. ult. de condit. ibi: *Si conditio contra substantiam conjugii inferatur, puta si alter dicat alteri, contrahat tecum si generationem prolis civiles, vel donec inveniam aliam ditiozem; aut si pro quaestu adulteream te tradas, matrimonialis contractus, quantumcumque fit favorabilis, caret effectu.* Ratio est, quia nihil potest sine sua substantia subsistere, at substantia Matrimonii est institutione divina consistit in consensu & obligatione ad perpetuum societatem, ad fidem conjugalem sibi servandam, & ad prolem non impediendam, sed suscipiendam, & educandam.

Si conditio non adverteat substantiam & finem Matrimonii, non illud irritat in foro externo, licet fit turpis; ut si quis dicat: *Contrahat tecum ad conditionem, ut victum facto quaeras; vel etiam fit absolute impossibilis, ex cap. cit. ibi: Licet alie conditiones apponantur in Matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debent propter eorum favorem pro non adiectis haberi.* Que constitutio, ex Delugo, valet etiam in foro interno, quando aliunde non constat de carentia consensu. Quamvis enim Ecclesia non possit supplere consensum Matrimonii, si desit, (cum nulla potestas humana possit dare potestatem vel corporis ad actum conjugii sine tuo consensu) tamen cum presumatur contrahentes (nisi aliud constet) voluisse contrahere Matrimonium secundum recte, & sentiam quo verba in iure intelliguntur, recte consensum implicite voluisse, non obstante conditione impossibili aut turpi, contractum valere. Ceterum in foro conscientiae standum est dicto contrahentis, an habuerit vere intentionem contrahendi, non obstante tali conditione; quam si non habuerit, nullum est Matrimonium ob defectum consensu; nam consensus sub conditione non est actus, nisi posita conditione, si ergo conditio non potest poni, nunquam erit consensus.

Quaest. VI. An ad valorem matrimonii requiritur consensus parentum?

Resp. Nego. Ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. *Ubi est anathemate damnata, qui falso affirmant, matrimonium a filiiis familias sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse.* Sed aliter est semper fuisse ab Ecclesia prohibita. Sunt etiam contra preceptum divinum honorandi parentes, nisi ipsi, licum consensum rogati,

sine justa causa denegent, itaut non fit rationaliter injuri. Ratio autem cur ejusmodi Matrimonium sit validum, est, quia omnis homo sufficienter ratione & legitima aetate praeditus, plenum atque integram habet dominium in corpus suum, independenter a parentibus.

Porro in Gallia Matrimonia sine consensu parentum contracta, non censentur invalida contracta, nisi quoad aliquos effectus civiles, ut declaravit Ludovicus XIII. & habetur in actis Cleri Gallicani, tom. 3. Immo valent etiam quoad illos, si filii familias excedant annos xxx. & filia xxv. modo scriptis requisierint consensum parentum, ex edito Henrici II.

Ad didimus huc quaestiones, quae hac de re solucione expolita sunt in l. 1. v. 1. DE SYNODO DIOECESANA c. 13. ubi n. 2. indicantur civiles leges, quibus irrita declarantur inita a servis, & filiiis familias sine consensu parentum vel dominorum matrimonium. N. 3. canones recentiorum, quibus Ecclesia ratas quondam habuit inusum filiiis civiles leges. Nam 4. sequenti modo res exponitur. *Verum postea consuetudinis visum est Ecclesiae, praesertim civiles leges pluribus seculis a se, aut approbatas, aut toleratas corrigere, & abrogare, statuisse, ut deinceps nuptiarum validitas a solo pendat contrahentium consensu, nequaquam autem a iure eorum, sub quorum dominio, vel potestate contrahentes existunt, quod generatim sanctum legitur in cap. Cum locum, de sponsal. & matrim. in cap. Licet; & in cap. Tuae de sponsa duorum, spectant vero de servis rescriptis Adrianus Papa ad Archiepiscopum Salsburgensem in c. Dignum de conjugio servorum, &c.* Nec inter servos matrimonia debent illatenus prohiberi, & si dominis contradicentibus, & irritis contracta fuerint, nulla ratione fur, propter hoc, Ecclesiae iudicio dissolvenda. ac tandem de filiiis familias, post alias sanctiones indicatas ab Innocentio cit. dist. 10. q. 5. c. 3. ar. 1. definiti Tridentinum sess. 24. c. 1. de reform. matrim. ubi anathemate percussit, qui falso affirmant matrimonia a filiiis familias, sine consensu parentum contracta, irrita esse, & parentes ea rata, vel irrita facere posse.

5. Quamobrem non licet hodie validum civilem leges sanclius ab Ecclesia rescissas excitare, eorumque obedientiam, firmitatem adinere aut servorum, aut filiorum familias contrahenti, quibus dominus, vel parentes non auferunt. Quod autem affirmat Bologninus jur. Eccl. Protestationem l. xv. tit. 9. §. 6. nempe in Pomerania, Westphalia, & Bohemia, ubi adhuc remanent vestigia antiquae servitutis, & etiam hodie reparantur hominis proprii, hoc esse existentes sub dominorum proprietate, ipsorum consuetudine non aliter esse validas, quam ex dominorum consensu, aut esse accipiendum de servorum consensu, quoad effectus civiles, aut non esse admittendum a Catholicis, illis in regionibus deservibus, qui sanctioribus Ecclesiae legibus reguntur. Intra fines pariter pomeraniae civilium concluditur editum a Christianissimo Rege Henrico II. in Comitibus Blesensibus anni 1579. art. 30. promulgatum, a quo Ludovico XIII. anno 1639. & 1639. renovatum, quo nulla, & invalida declarantur Matrimonia a filiiis familias contracta sine consensu parentum, illud sequentibus verbis

invalida, non esse aliter explicandum, quam per so-
lam retentionem ad contractum civilem, *quidem Ludovicus, Clero Gallicano responderunt Regis*
Commissarii, ut habetur tom. 111. rerum, & de
cretorum Cleri Francici: seaturque Lovetus, in
Parisiensi Senatu Consiliarius, tit. 6. litt. M. scri-
bent. Nullitas matrimonii proveniens ex defectu
conditionum, quas requirit art. 6. Blesensis Con-
stitutionis, nullatenus attingit ipsum Sacramentum,
quod nihilominus in isto matrimonio existit: non
agitur de Sacramento matrimonii, aut ejus essentia
liquis caeremoniis, sed de validitate conventionum
matrimonialium, de accessoriis matrimonii, de dotis
validitate, & communitate inter virum, & uxorem,
quae conditiones non dependent ex Theologicis decisio-
nibus, sed ex civilibus in Parlamento verificatis:
Item ostendit Isaacus Habertus Episcopus Vabrensis
in libro de iustitia connubialis editi a Ludovico XIII.
conditi, ubi hoc habet, 3. Non nullum laboran-
dum est de conciliandis Regis edictis cum Ecclesiae
sententia: nullo siquidem edicto, matrimonium filio-
rum familiaris invalida, et nulla esse, absque consensu
parentum, utrovisque, constitutum est, nisi hic er-
ror multis impioribus. Prohibita quidem sunt, sed
invalida, & nulla esse, hautiquam definitum.
Unde etiam Decessorum suorum vestigiis insistent
Rex Christianissimus Ludovicus, ea etiam prohibuit,
ac antehis interdixit: invalida tamen, ac
nulla esse, contra Tridentinam Synodi decretum, ac
Theologorum unanimum in Regno suo sententiam,
minime sanxit. *Item tradit Cabassutius in theor.*
de prax. jur. Canon. lib. 111. c. 25. n. 5. & 7.
ubi Brodeum carpit, quod Regium edictum ad ipsam
etiam Sacramenti rationem protraxerit. Idem docet
Gerbasus in libro, quem inscripsit Tractatus pacifi-
dogm. & moral. tom. vi. de Sacram. Matrim. c. 3.
art. 3. prop. 4. Quocirca noscimus, quia ratiore
Juvenis, in cit. dissert. 10. c. 3. art. 2. metuerit,
suam calculum adhibere tot Dastrum Gallicanorum
sententia, Regis etiam declaratione firmata, & de-
cidere noluerit, an revera in Gallia matrimonia
intra a filii familiaris sine consensu parentum sit va-
lida quoad substantiam, esse civilibus effectibus de-
stituta, nemo dubitet. Neque extra institutum va-
gari sumus, dum hoc prolixius enarravimus: Siqui-
dem verbumur, ne Episcopi, praedicti Juvenis, ali-
orunq; contra communem sapientiorum Gallia do-
ctorum sensum idem scripturam auferant de-
cepti, non audeant in suis Synodis declinare, ma-
trimonia a filii familiaris, sicuti ac insensu paren-
tibus contracta, esse illicita, caetera tamen esse ac
evanide internum non esse contrahentibus, quando
coram alicuius Episcopi, alius nuptias intrare: quam
profecto Synodalem declarationem ad consulendum
animarum saluti, non solum utilem, sed maxime
necessariam reputavimus.

Quaest. VII. An matrimonium valide contrahi-

(1) Circa indissolubilitatem matrimonii male sen-
tunt, ac scribunt recentiores Protestantes, ex N.
19. & 21. Unde cautos esse oportet N. 30.
illos praesertim Professores Catholicos, qui iudicio

tur per procuratorem, & inter absentes?
Resp. Affirm. Quia 1. Ecclesia sic contrahi per-
mittit, ut patet ex praxi praesertim inter Principes.
2. Alii contractus valide fieri possunt inter absentes
per procuratorem, vel per literas, ergo & Matrimo-
nium; nam Christus vivebens contractum Matrimo-
nii ad rationem Sacramenti, nihil immutavit de
natura contractus. 3. Sic valide contrahatur ante
Concil. Trid. ut patet ex cap. ult. de *procurat.* in
6. ubi Bonifac. VIII. id expresse declarat. Concil.
autem Trid. non irritavit, nisi matrimonium claudes-
tina: at ea quae per procuratorem fiunt coram pa-
rocho & testibus, non sunt clandestina.

Sed ex eod. cap. ult. de *procurat.* in 6. ad tale
matrimonium tria requiruntur. 1. Ut procurator ad
hoc habeat mandatum speciale. 2. Ut procurator
alium sibi non substituat, nisi hoc est specialiter
commissum. 3. Ut procurator antequam contraxe-
rit, non fuerit a domino revocatus a liquo matrimo-
nium nullum est, etiam tunc ipse quam pars,
quam contraxit revocatione ignoret: quia tunc
deest consensus illius, cuius nomine procurator con-
trahit: qui consensus suppleri non potest a jure in
matrimonio, sicut potest suppleri in aliis contracti-
bus: nam alii contractus per procuratorem facti va-
lent etiam revocato mandatis consensu, modo re-
vocatio neque procuratori, neque parti innovetur, l.
15. §. 6. *Mandati.* Post Conc. Trid. autem requiritur
etiam praesentia parochi & duorum testium.

Dices. Si hoc ita sit, quare ergo ipsius postea
praesentia in facie Ecclesiae conjunguntur? *Resp.* Hoc
fit, non quod Matrimonium repetitur invalidum,
sed vel ad suppletas solemnitates omittas, vel ad
confirmandum contractum, vel ad majorem securita-
tem, ne forte alteruter consentium, antequam con-
tractaret, revocaverit. Tribus istis condi-
tionibus quarta addenda est, non procurator fines
mandati excedat sui: mandans enim non censetur
consentire, nisi serventur ab ipso praescriptae con-
ditiones. L. *Diligenter de mandati.*

Item valet Matrimonium per litteras contractum,
modo coram parcho & testibus legatur litterae si-
gnificantes utriusque consentium de praesenti, & de qua-
rum veritate satis illis constat: nam contractus sic
facti valent. Hic tamen contrahendi modus non est
usurpandus sine gravi necessitate, quae rarissime potest
contingere: Qui autem sic contraxerit, potest eam
coram postea contractum ratum habere, ac forte con-
sensus ab alterutro fuerit revocatus.

Quaest. VIII. An Matrimonium esse indissolubile (1)

quoad vinculum, seu transactionem denuntii?
Resp. 1. Quodvis Matrimonium absolute contra-
ctum est & semper fuit sine speciali licentia Dei in-
solubile, ex cap. unic. de *erro. 16. c. 6.* & ex Concil.
Trid. sess. 24. idque tum jure divino naturali; nam
solubilitas vinculi repugnat finibus Matrimonii, qui
sunt proli conveniens generatio, ejusdem recta edu-
catio, & arctissima inter conjuges animorum conjun-
ctio.

Juvenis, uti praeterea ipsorum Commentaria de Na-
turali Juris prudentia, ex §. libro Puffendorfi de
Officio hominis, & civis &c.

Et licet non sit consummatum, ordinatur ta-
men ex se, ut consummatur, & proles procreetur.
Tum jure divino positivo, ex *Marth. 19.* ubi Chris-
tus Matrimonium ad suam primam institutionem
revocans, sic ait: *Qui fecit hominem ex initio,*
malculum, & seminum seculi eo, & dicit: Pro-
pter hoc dimittet homo patrem & matrem, &
adhaerebit uxori suae, & erunt duo in carne una.
Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quod
ergo Deus conjunxit, homo non separet.

Deus tamen quolibet Matrimonium, est con-
summatum, potest etiam quoad vinculum dissolvere
tanquam supremis creaturarum omnium & jarum
illarum dominus, auferendo utrique conjugi domi-
nium in corpore alterius, & sua providentia impe-
diendo incommoda inde sequi nata.

Resp. 2. Matrimonium consummatum baptizato-
rum nullo casu dissolvi potest ab hominibus. *Prob. 1.*
ex *Marth. 19.* *Quod Deus conjunxit, homo non se-*
paret: & *Luc. 16.* *Omnis qui dimittit uxorem*
suam, & alteram ducit, macchatur: & *Cor. 7. li-*
qui Matrimonium juncti sunt, principio non ego, sed
Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si
discesserit, manere inquam, aut viro suo re-
conciliari. Et vis uxorem non dimittat &c. Ex
perpetua praxi Ecclesiae, quae id nunquam permi-
sit. 3. Ex Conc. Florent. decreto de Sacram. *Quavis*
ex causa fornicationis liceat sibi separationem
facere, non tamen aliud Matrimonium con-
trahere fas est; cum Matrimonii vinculum legiti-
me contracti perpetuum sit. Et ex Conc. Trid.
sess. 24. can. 5. & 7. Ratio est, quia hoc Matrimo-
nium est signum perfectum conjunctionis Christi
cum Ecclesia per Incarnationem, ex c. 5. de *bigam.*
quae conjunctio est indissolubilis: Verbum enim
nunquam humanitatem assumptam amittit.

Potro absoluta illa indissolubilitas est ex precepto
Christi addito juri naturali.

Non obstat illud, *Marth. 19.* *Quicumque dimiserit*
uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam
duxerit, macchatur. Nam sensus est: Quicumque
dimiserit uxorem, videlicet quoad thorum & coha-
bitationem absolute ac in perpetuum, nisi ob ejus
fornicationem, macchatur, hoc est, reus fit rechie
alienae, seu facit eam macchari, ut habetur *Marth.*
5. & qui aliam duxerit quacumque ex causa, mac-
chatur, & rechie scilicet propria. Unde Christus
duo ibi docet, nempe & propter solum adulterium
dimissionem absolute & in perpetuum quoad thorum
& cohabitationem fieri posse per se & vi contra-
ctus Matrimonii; & facta tali dimissione non posse
novum ipsi Matrimonium vivente conjugis. Nam
Christus ipse ea quae hic obscure dixerat, ad vi-
tandas interrogantium calumnias, alibi discipulis
clare exposuit, nempe *Marth. 5.* *Qui dimiserit*
uxorem suam excepta fornicationis causa, &
facit eam macchari: & *Marc.* *Quicumque dimiserit uxorem*
suam, & aliam duxerit, adulterium com-
mittit super eam. Et vis uxor &c.

Nihilominus Christus factisetsi interrogacioni facte
de dimissione, quoad vinculum. Nam cum dimisso
quoad vinculum includat potestatem dimittendi unum
& ducendi alteram, Christus has duas dimissiones
sejungens priorem concessit, posteriore negata; prio-
rem

remque dimissionem absolutam ac perpetuam, &
vi contractus Matrimonii factam, quoad thorum
scilicet & habitationem, reitinxit ad solum forni-
cationem, seu adulterium.

Resp. 3. Matrimonium infidelium non dissolvitur
hoc ipso quod unus conjugum ad fidem converterit
etiam remanent in infidelitate, cum fuerit valit-
dum, etiam contractum sit in gradu ab Ecclesia
prohibito; quia infideles non subficiuntur legibus
Ecclesiae. At ex Dei dispensatione in favorem reli-
gionis Christianae concessa, conjux fidelis habet jus
dissolvendi illud est consummatum, & contrahendi
aliud, si infidelis nolit ei cohabitare, vel si velit
quidem cohabitare, sed non sine Creatoris injuria,
Christum blasphemando, religionem christianam
contemnendo, vel si non patitur fidelem christianam
vivere, aut ad infidelitatem aliunde peccatum indu-
cat. Patet ex cap. *Quanto de divorc.* & ex 1.
Cor. 7. *Quod si infidelis discedit, discedat: non*
enim servatus subiectus est frater aut soror in
butumodi. Dissolvitur autem per aliud Matrimo-
nium converti ad fidem. Quod si convertus non
ineat aliud Matrimonium, non potest infidelis aliud
contrahere, quia dissolubilitas est solum concessa in
gratiam fidei.

Immo multi docent, Matrimonium infidelis ad
fidem converti dissolvi posse, si alter converti nolit,
quamvis vellet cohabitare pacifice, ex c. *Fidei,*
& can. *Spe 28. q. 1.* si vero uterque infidelis conjuga-
tus baptizetur, eorum Matrimonium fit ratum per
baptismum; nam hoc ipso quod tales communi
consensu baptizantur, datur signum externum, quod
consentiant in Matrimonio praecedens, ut iuxta
Christi institutionem sit insolubile; & si consum-
matur post baptismum, fit absolute indissolubile.

¶ Vid. c. 4. l. vi. ejusdem Tractatus de Synodo
in quo SS. D. N. clarus hujusmodi controversiam
exponit n. 3. *Quod plus negotii,* inquit, *facisset*
Episcopi, est Matrimonium ab Hebraeis in infide-
litate contractum, & consummatum, de quo dispu-
latur, an & quando per conversionem alterutrius
conjugis ad Christianam fidem dimittatur. Certum
est Infidelium conjugium ex privilegio in Fidei fa-
vorem a Christo Domino concessi: ut per Apostolum
Paulum 1. ad Cor. 7. promulgato dissolvi, cum
conjugis alter Christianam fidem amplectitur, re-
veniente altero in sua infidelitate obdurato cohabi-
tare cum convertito, ac cohabitare quidem volente,
sed non sine contumelia Creatoris, hoc est non sine
periculo subversionis conjugis Fidelis, vel non sine
execratione sanctissimi nominis Christi, & Christi-
anae religionis despicientia: ex hoc vero fit, integrum
non esse conjugis converti, transire ad alia vota
prius quam Infidelis interpellatus, aut absolute
convalescerit cum eo cohabitare, aut animam sibi osten-
derit, cum illo quidem cohabitandi, sed non sine
Creatoris contumelia: ut colligitur ex celebrantibus
Decretali Innocentii 11. in c. Quanto de divorcitiis,
notantque Sanchez de Matrim. lib. 11. tit. disp. 74.
n. 22. Salmanticensis tit. 9. de Matrim. cap. 1. n.
48. Cardinalis de Laurea de Matrim. disp. 16. n.
158. Clericus de Sacram. Matrim. dec. 23. n. 24.
At quandoque evenit, conjugem infidelem in for-
niquas abisse regiones, aut ita latitare, ut inter-

pellari nequeat, & tunc dubitatur, an interpellatione omiffa, fit in converso alias inire nuptias. Affirmant plerique, quibus adfipulatur Sanchez. cit. loc. n. 14. Genuefius in praxi Cur. Archiepifcop. Neopolit. cap. 7. n. 20. Riccius in praxi part. 2. relol. 24. Alii ex adverfo, inter quos Pontius lib. 2. de Matrim. c. 48. n. 22. in eo rerum flatu neceffarij putant, ut interpellatione Summi Pontificis, cuius efl declarare, in quibus hanc circumferantur de fi obligentur Dicitur, quo predicta interpellatio, ante reffolutionem matrimonii, videtur in junda, atque hinc pofterior fententia, in quadam cauffa Florentina difculfa 17. Jan. 1722. ad bñif. facta Congr. Conc. cujus iudicio Nos omnia fubicivis rationum momenta, que ad difliditibus inter fe Doctores, in utramque partem afferuntur, uti legere efl Tom. II. Thefaur. Relol. p. 227. & feq. Nec Sedes Apollolica difficilem fe probet eam ptenentem difpenfationem, quam urgens cauffa fua deat concedendam: etenim, ficut in prafata cauffa Florentina animadvertimus, Greg. XIII. locorum Ordinaris, Parochi, & Presbyteri Miffionarii Societatis Jefu, in Anglia, Ethyopia & Brafilia degentibus potestate fecit difpenfandi cum quolibet conjugio, qui Christiane religioni nomen dedit, ut novum poffit matrimonium inire, omiffa interpellatione alterius conjugii infidelis, in quem contra legitime interpellari non poffit, & non igit, ad Petri Cathedralis evellit, facultatem concessimus A. politico Nuncio Venetijs commoranti, ut in fimili rerum euentu poffit ab eifdem interpellatione onere relevare conjuges conversos, exiftentes in loco pio Catechumenorum eifdem Civitatis Venetiarum, quod habetur in noftra Concl. 2. noftri Bullarii Tom. II. 4. Sed alia hinc oritur controverfia de temporis momento, quo refcindatur fexus connubi, de quo efl fermo. Plerique Doctores fentiant, interpellatio conjugis infideli, eoque, aut exprefse ab initio legitime cohabitare cum fidei, aut intra terminum fibi in interpellatione preceptum, nihil refpondente, diffolutum flatum conferri vinculum conjugis, quo erant ambo confecti: alii arbitrantur, tunc primum dirimit, cum conjuges conversos alteras nuptias contrahat, ab iftius autem controverfie deffectione alterius pendet eandem difcultati, de qua non femel ptingit in Ecclefiaftici Fori difputari. Fingit, Titium Hebraicum Christianam ad huc amplecti, poffe quam fuit Baptifmate abfuit uxorem fuam Nevia, quam in Judiciali pttinaciam reliquit. Interpellat, an velit fecum cohabitare fne Creatoris contumelia: Nevia aut exprefse renuat, aut intra prefinitum fibi temporis intervallum nihil refpondet: aliud deinde matrimonium cum Hebreo viro contrahat Nevia, Titius autem Christianus cellat flatum eligat. Fingitur rursus, poffe aliquos annos, Nevia cum viro fecundo viro ad Christianam fidem converfo, volente adhuc Titio calibatam gravis flatiim excitationis quafio, an Nevia redire debeat ad Titium suum primum virum, an potius permanere cum fecundo. Hujus autem quafionis defficio ab alia pendet quam antea proponebamus. Tenim fi matrimonium Titius cum Nevia refciffum fuit, flatiim an Nevia interpellata renuit cum Titio legitime cohabitare: uti opinantur Doctores

prima fententia, valide profecto poffit eadem Nevia alteri fe copulare viro, cum quo propterea perfeverare debet, etiam cum ambo Christianorum Sacris funt initiati: at fi matrimonium in infidelitate contrahatur, tunc folum diffolvitur, quod conjuges conversos aliquid conjugium inii, uti exiftimant Doctores fecunda fententia, cum Titius in cafu, aliam nos duxerit uxorem, illegitimum tunc fit novum matrimonium a Nevia, nondum a priori vinculo foluta contrahatur, atque iudico cum Christianam fidem amplectitur, videtur ad primum virum redire. Verum cum res conjugij Florentia am 1726. & de ea difceptaretur in Sac. Congr. Conc. Nos pro noftro, quod tunc gerebatur, Secretarii munere, difputationem elucubravitimus, qua luculenter offendimus, ex eundem fententia potetior effe, tam inter antiquos, quam inter recentiores Theologos, & Canonifas, fere communiter receptam: ex quo conclufimus, virum Hebraicum, de quo res erat quippe cum fecunda uxore quam iuxta premonflratum cafum duxerat, Baptifmum petebat, poffe illud fufceptum teneri redire ad primam jam pridem Christianam fladam, & adhuc perfeverantem innuptiam: & Sac. Congr. ne latius quidem unquam a noftra fententia reciffit, eoque libentius eam efl amplectata, quod, Nobis pariter fuggerebantur, comperit, ita confentientibus Theologis in confuetum adhibiti, fuisse ab eadem de fententia an. 1679. & 1680. in fimili cafu, qui fiffrentie quoque euentus: que omnia legenda flatis in Theol. rel. Tom. 6. pag. 256. & 257. c. feq. 5. Alter eifdem cauffe articulus, Sac. Congr. difculfi tunc quoque propofiti iudicij remanfit: querebatur itidem, an faltem ut efl Summo Pontifici, primum matrimonium, in infidelitate contrahatur, & confirmatum, fuprema fua auctoritate relaxandi, veniamque concedendi conjugii, tardius ad fidem converfo, ut in predicti rerum circumflantijs, poffit cum fecunda uxore permanere. Opportuna etiam de hac, longe utique graviori quafione fuit a Nobis emanata difcultatio, qua exeat Tom. 4. Theol. rel. pag. 230. & feq. in qua plures allegavimus Doctores, hanc potestatem Pontifici aufferentes, fimulque contendentes, eam reiffa exerciffit fe S. Plam 7. & Greg. XIII. ficut cit. difputatione fufe habetur fed Sac. Congr. flatis dicit a fententia ferenda fe abfistere, quoniam, etiam data Pontifici potestate refcindendi prius vinculum conjugis in infidelitate contrahiti, nihilominus quod Nos Sac. Congr. inflatur non preatremiffimus, merito dubitabatur, num ea adiffent praxiflima cauffe, que neceffariae funt ut per Apollolicam difpenfationem dirimatur.

6. Itaque Epifcopus diocefs praefidens, in qua ob admixtionem Christianarum cum Hebrais, interdum cafus occurrant, de quibus differimus, utiliter de ifdem fermonem inflituit in Synodo, falubriter in ea formam infleret interpellationis a conjugio converfo, alteri fafienda in fua perfiffenti perfiffa, quam formulam integram referi Clericus cit. loc. pridenter denique fuis Parochijs doctiffimam tradet, a Sac. Congr. Conc. approbatam, fecundum quam difjudicare debeant, an, & quando, per converffionem alterutrinus conjugis ad Christianam fidem,

alter in infidelitate vellicus libertatem nancifcatur a vinculo matrimonii, quo erat obflricus. Irefperat intolerabilis abufus, quod maritus Hebraeus ad fidem conversus libellum repudij iuxta ritum Judaicum ad uxorem tranfmifibat in fua infidelitate perfeverante, cuius ope libelli uxor Hebraea ad alia vota transferat. Adverfus autem hunc abufum edita efl a Nobis Cong. qua incipit Apollolica miffio, edita die 26. Septembris 1729. in fecundum domum noftri Bullarii inferenda. Fulfiter autem hoc pertractaretur in Synodo difculfa, a qua Hebraei eorumque perpetua exulare, nec poffe unquam in eam cafus euentum, de quibus hafemus.

Refp. 4. Matrimonium baptizatorum ratum, fed non confirmatum, diffolvitur in duobus cafibus. 1. Per proffionem follemnem in religione approbatam, ex c. Verum, & c. Ex publicis de converffione, & ex Conc. Trid. felf. 24. can. 6. Quia conditio (Nifi religiosem profiteatur ante confirmatum) iure faltem ecclefiaftico appofita efl contraffu Matrimonii, in favorem boni communis, cui perfona privata cedere nequit. Dum autem unus conjugum religiosem ingressus efl, alter non potefl cum altero contrahere, nisi poft proffionem prioris, cum per hanc folvatur Matrimonium.

Nota. Conjugibus ante confirmatum conceditur quo mentis ad delibendum de religione fufcipienda, ex c. Ex publico cit. iura quod tempore, nec potefl fine injuria addi cogi. Sed hoc exacto tenetur reddere debitum, fi exigitur ab altero: tamen quoniam matrimonium non efl confirmatum, tandem liberum efl conjugibus religiosem ingredi, & utroque profiteate, poteft alter ad alias nuptias tranfire, ex c. Verum cit. Secus, fi Matrimonium confirmatum, etiam per vim & primo menie.

2. Ex Canonifis & Theologis plurimif diffolvitur per auctoritatem Papae, qui tamquam fupremus Vicarius Dei potefl, ob cauffam valde gravem, folvere tale Matrimonium.

Prob. 1. Ex factis plurimif Pontificum, qui in hoc difpenfantur, ut Martini V. & Eugenii IV. teffe S. Antonia. 3. p. tit. 2. c. 23. & 5. 2. Pi II. & Pi IV. teffe Navarro, Greg. XIII. teffe Praepofito, & Clementis VIII., & Urbani VIII. teffe Conrado &c.

2. Quia cum poffit Papa difpenfare in proffione religiofa, per quam dirimitur Matrimonium ratum, cur non poffit in Matrimonio ipfo rato; nam proffio religiofa efl fortis vinculum, quam fit vinculum Matrimonii rati; cum proffio religiofa hoc vinculum diffolvat, juxta illud juris axioma: Si vinculo vincuntur, a fortiori vincuntur te: 3. Talis potestas expedit bono Ecclefie & faluti animarum, at Christus deffit fuo Vicario omnem potestatem, quo bono Ecclefie & faluti animarum expellit.

Nec obdat illud: Quod Deus conjunxit, homo non feperat, Matth. 19. Quia hac verba fpedant Matrimonium confirmatum, quo folo conjuges funt una caro, ut docet Alexander III. c. Ex publicis. Unde Matrimonium efl quidem infolubile, fed ab ipfis contrahentibus, & potestate more humana, qualis non efl hac potestas Papae, qui non diffolvit illud ut homo, fed ut Vicarius Christi, & eius difpenfator. Cum autem Matrimonium ratum

fit duntaxat fignum unionis Christi cum Ecclefia per charitatem, que in multis iuffis diffolvitur, non debet effe ita infolubile ficut confirmatum, quod efl fignum unionis Christi cum Ecclefia per carnis affumptionem, que nunquam diffolvetur, c. Debitum, de bigam.

Nec inde fequitur, Matrimonium confirmatum poffe etiam diffolvi auctoritate Papae: nam hoc efl omnino indiffolubile ob perfectam fignificationem unionis Christi cum Ecclefia per affumptionem humanitatis. Et hoc Matrimonium a rato differt integralter, ficut perfectum ab imperfecto fe ratius perfectum in ratione fignificandi. Nam Matrimonium ratum caret integrali perfectione, quo complet confirmatum in fua perfecta fignificatione unionis Christi cum Ecclefia per affumptionem carnem: quam quidem perfectionem habet Matrimonium confirmatum.

Nec obdat quod Matrimonium ratum fit Sacramentum. Nam licet fit Sacramentum, pendet tamen a contraffu humano tamquam fundamento, fuper quo contraffu potestatem habet Ecclefia; quoniam Ecclefia nil poffit circa Sacramenta a contraffu humano independentia.

Quest. IX. Num & quando licitum efl divorcium, feu feperatio conjugum, quoad totum duntaxat & habitacionem, manente vinculo conjugali.

Refp. Ob varias cauffas licite fieri potefl, ex Conc. Trid. felf. 24. can. 8. & ex iure canonico, tit. de divorcijs.

1. Illud licite fit in perpetuum ob alterius conjugis fornicacionem, per quam intelligitur non folam adulterium, fed etiam omnino illicito concubitus cum alio fupposito, ut inceffus, sodomia, bestialitas, &c. hinc enim criminibus fraugitur fide conjugalis, ex Mat. 5. & c. 3. de divorcijs. Immo tenetur divorcium facere, nisi uxor refpicitur, ex Prov. 8. Qui tenet adulteram, fufus efl, & impius, & ex c. 3. de adulter. Nam aliqui fieret participes ejus peccatorum, regumentum efl praebendo; & ne peccato ejus confentire debeat, ad correctionem debitam non apponit, ait S. Th. Alud efl de uxore, nisi ipse certo folat virum adulterum ex divorcio non tenetur illum punire, nec excoftere ejus adulterio committere.

Porro efl nequale jus divorcium in utroque conjugio ob adulterium. Nam quoad thorum, fit eam debitum conjugale, quod fuit vir & uxor, ex 1. Cor. 7. Et nempe tenetur debitum proffillim praestare, qui pactum primum violavit.

Divorcium tamen non efl licitum in his cafibus,

1. Si adulterium condonatum fit etiam tacite, excoctendo actum conjugalem, poftquam cognitum efl: nam ex cap. Si illic 23. q. 1. injuria condonata non potefl poftea puniri. 2. Si vir ipse uxorem poftituerit, ex cap. 6. de eo qui cognovit &c. aut fi iurificandi cauffam dederit, v. g. denegando ei in iuste debitum; nam par non efl, ut qui cauffam criminis iniuste dedit, ex eo commodum percipiat.

3. Si adulterium non fuit culpabile, ut si uxor bona fide alteri nupferit, potans virum suum efla mortuum; nam privato debiti efl peena, adeoque fupponeit culpam. 4. Si uterque conjugum adulterium patravit, ex cap. 4. & 5. de divorcijs. ita ut paret que paf compatris adulterium fornicata efl, teneatur

ad hanc redire, etque debitum reddere; cum Matrimonium sui in utroque lesum consistat, & paria delicta mutua compensatione tollantur, cap. 6. de adulter.

Queres quid censendum, si vir aliud agens, indirecte occasione adulterii prebeat, ut puta, uxorem domo iniuste expellendo, eamve deferendo, aut necessaria alimenta denegando? Respondeo cum Sanchez l. v. de divorzio disp. 5. in tali casu posse virum divertere, si uxor adulteretur, c. significasti, de divorz. Ubi vir non cogitur adulteram recipere uxorem, non obstante allegata per ipsam exceptione. Quod si vir in causa fuerit, ipsam iniuste expellens, ubi gloss. v. materiam reddit rationem; qui mallem nulla ad fornicandum adduci debet ratione, c. ita nos, 32. q. 5. Idem deducitur c. ex litteris de divorz. ubi non auditur uxor allegans se adulterium admisisse, eo quod vir ei necessaria denegavit alimenta. Ubi gloss. v. compulsa eam reddit rationem; quod non sitignoscendum turpiter viventi prestatu paupertatis. l. Palam D. de ritu nuptiarum. Quod tamen intelligendum est, nisi vir ea intentione uxorem repulserit, alimentive privasset, quo illa necessitate urgente adulterium perpetraret. Quia tunc perinde est ac in adulterio connivere. Utrum dici possit virum adulterii causam dedisse negando debitum conjugale? Respondeo cum citato Sanch. negatiorem debiti non posse dici adulterii causam, sed potius occasionem, cum eo non debet, ut femina fornicetur: & Nota precedenti probavimus virum posse divertere ab uxore adultera, que domo iniuste expulsa fuerat alimentive defraudata, tunc enim delicti, & cohabitacione defraudatur. Ex diffis colligit, doctrinam P. Antoine intelligendam esse de debito conjugali eo sine negato, ut uxor fornicetur, que est sententia Sanchez, Abulen. 19. c. Martii. 26. casu 2. Syva V. divorzium p. 9. fm. Alio unaque apud eundem Sanchez. loc. cit.

Nota. Coniux innocens potest privata auctoritate se separare quoad thorum, modo ei constet de alterius adulterio: cum debitum negari possit sine scandalo, & jus negandi non habet ob violatam sibi fidem contractus Matrimonii. Ad separatio quoad habitacionem (quod est proprium divorzium) cum sit publica, requirit auctoritatem iudicis ecclesiastici, ex cap. 5. & 6. de divorz. iudicij scandalum & perturbatio oritur. Possit tamen auctoritate privata fieri ad tempus grave periculum anime, vel corporis imminens, quod aliter declinari nequeat. Pari autem ob adulterium dimissa non licet ingredi religionem, vel suscipere sacros Ordines sine consensu partis innocentis, que habet semper jus revocandi alteram.

3. Licetum est divorzium supradictum ob comparitionem hereditatem supervenientem, c. 6. de divorz. vel ob sevitiam, vel ob alia crimina, ex quibus imminet anime corporive periculum. Nam Matrimonium non tollit jus naturale vivandi proprium periculum anime & corporis. Non tamen licitum est ob alia crimina, que neutrum periculum secum afferunt c. 2. de divorz. Porro post sententiam divorzii non peritur, sed ad tempus, v. g. donec nocens mores emendaverit, innocens non potest mutare statum per professionem, vel sacrum Ordinem suscipere; quia

nocens saltem emendatus potest auctoritate iudicis revocari conjugem. Immo cessante periculo omni, & conjugio emendato, uxor ad virum redire debet: nam cessante necessitate illud quoque cessat, quod promissione factum est, c. Ordinationes, 9. q. 2.

3. Fieri potest ex mutuo consensu, studio vitæ perfectioris in religione, ex Matth. 10. Omnis qui reliquerit domum... aut uxorem propter nomen meum, centuplum accipiet &c. Quod si unus post consummatum Matrimonium religionem ingredi velit, debet & compari ingredi, c. 4. de conversi. conjugat. nisi in saculo manens castitatem voveat, nec sit de incontinentia suspecta, c. 8. eod. tit. Ut autem vir sacros Ordines suscipiat, sufficit, si uxor castitatem in saculo voveat cap. 5. eod. tit.

Quæst. X. An Polygamia seu pluralitas uxorum simulata est licita? (Vid. N. 17.) Resp. Est illicita & irrita post Evangelium promulgatum. Prob. 1. ex Luc. 16. Omnis qui dimisit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur. Ergo a fortiori mœchatur, qui priore retere alteram adiungit. Et Matth. 19. Qui fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam fecit eorum, (unicum cum unica conjugens) propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne una &c. Ubi Christus licentiam antiquis Patriarchis & Israelitis factam revocat, & Matrimonium ad primævam institutionem reducit. Et non dicit: Tres, vel plures, sed duo: nec dicit, Adhaerebit uxori, sed uxori, ait Innocentius III. c. 8. de divorz. 2. Ex perpetua Ecclesie traditione & praxi. 3. Ex Conc. Trid. sess. 24. c. Si quis dixerit licere Christianis plures simul habere uxores, & hoc nulla lege divina esse prohibendum, anathema sit. Est etiam irritam polygamiam supra docet his verbis; Hoc autem vinculo duo tantummodo copulari, & conjungi Christus Dominus aperius docuit &c.

Immo polygamia, sine licentia Dei, adversatur legi naturali. Quia 1. impedit saltem communiter bonam proles educationem, & pacem domesticam ad eam necessariam: Nam vix fieri potest, ut non sit aliqua prædilectio & distinctio, vel neglectus aliquorum uxorum, nec invidia, jurgia, rixæ inter illas uxores, allaque mala inde nascantur, idque ex natura rei, spectato feminarum nativo ingenio. Quare uxorum pluralitas adversatur pacifice cohabitacioni conjugum, & gubernacioni domesticæ, qui est secundarius Matrimonii finis, ut docet Aristoteles. Uxor quippe non subditur viro ut femina, sed ut sociæ & compingitium, & indomestica gubernacione cum viro & sub viro principatum tenens. 2. Aequalitas contrarius Matrimonii ideoque ejus iustitia exigit, ut sicut uxor tradit totaliter dominium sui corporis viro, sic finem totaliter magd vir uxori: ita ut uterque eo æqualiter uti possit, nec alteri tradere sine iniuria alterius. Unde Innocentius III. c. 8. de divorz. ait: Nec ulli unquam licuit simul plures uxores habere, nisi cui fuit divina revelacione concessum. Et S. Hieron. in c. 19. Matth. ait Christum adducere in testimonium sacram scripturam & naturalem legem, ut unitatem uxoris statuat.

Hinc infideles non possunt ad baptismum admitti, nisi

hinc unam tantum uxorem primo loco acceptam retineant, ceteris ut illegitimis dimissis. c. 8. de divorz. Si tamen alia fidem susciperet, præferenda esset: nam potest convensus, omnibus uxoribus infidelibus dimissis, aliam fidem ducere.

Deus tamen polygamiam Patriarchis licitam reddidit ad multiplicandum populum Dei, dividendo in plures uxores jus quod ex natura contractus una habebat totaliter in corpus mariti, & suppeditando media, ne inde bona educatio & pax familiarum impeditetur, & alia mala sequeretur.

Nunquam (Vid. N. 20.) autem consensu ejusdem femine cum pluribus viris permixta fuit. Quia hæc adversatur proli, que ut plurimum plurimum commixtionem virorum impeditur, ita ut vel nunquam, vel saltem rarissime sequatur, ut patet in meretricibus. Et quando non impeditur, incertum reddit patrem proli, quod proli educationi adversatur. Finit autem primarias Matrimonii est tum generatio proli, tum ejus educatio.

CAPUT III.

De Impedimentis Matrimonii.

Impedimenta Matrimonii alia sunt impedientia tantum, que reddunt illud solummodo illicitum. Alia dirimentia, que insuper efficiunt invalidum, si fuerit attentatum, unde sic vocantur, non quod Matrimonium semel valide contractum dirimant, sed quod Matrimonium semel validum sit insolubile, sed quia faciunt ne valide contrahi possit. Porro semper dirimunt non obstante ignorantia invincibili five juris, five facti circa illa. Quia non sunt pœnæ, que culpam supponant, sed inhabilitates morales ad Matrimonium ob bonum commune statuta, que non requirunt cognitionem sui ut contrahantur, cum bonum commune postulet, ut etiam ab ignorantibus contrahantur. Infideles tamen, cum non sint subiecti legis Ecclesie, non adstringuntur impedimentis solius juris Ecclesiastici, unde ob illa separari non debent, si convenserint.

Quæst. I. Quos sunt impedimenta impedientia tantum?

Resp. Sunt quatuor, que nunc certo vigent, & sub mortalibus obligant, cum materia præcepti fit gravis. Hæc verius continentur:

Ecclesia vetitum, tempus, sponsalia, votum. Primum itaque est Ecclesie vetitum, id est prohibitio ab Episcopo vel Parocho facta de non contrahendo ob dubium impedimenti alicujus, donec veritas immotetur, c. 2. de Matrim. contract. &c. cap. ult. de clandest. desponsat. Item prohibitio a Conc. Later. IV. & Trident. facta, ne contrahantur sine prævis denuntiacionibus, vel earum dispensacione.

Secundum est tempus, quo nuptiæ sunt interdictæ, quod iure novo Concil. Trid. sess. 24. c. 20. est ab Adventu usque ad diem Epiphaniæ inclusive, & a die Cinerum usque in octavam Paschæ inclusive. Sed quia ibi loquitur de solemnibus nuptiis, iure communi secundum multos solum prohibetur hoc tempore sub mortali solemnitas nuptiarum, nempe

benedictio sponsi & sponsæ, traditio sponsæ ad ades sponsi, chæres, & convivium nuptialia. Unde Rituale Rom. dicit solum hoc tempore sollempnitates nuptiarum prohibitas esse: ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia: Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Matrimonii tamen consummationem tunc prohiberi declaravit Ec. Congreg. teste Paganano, eo quod hæc non conveniat tempori, devotioni, & penitentia dicato. Immo ex consuetudine, vel jure particulari multarum diocesium, Matrimonii celebratio dicitur etiam tunc non permitti absque speciali causa, & licentia Episcoporum.

Tertium, sponsalia prius cum alio contracta & nondum dissoluta. Quia tunc violaretur in re gravi fides alteri data, & promissio onerosa ei facta, & ab eo acceptata, quæ obligat ex iustitia graviter in re gravi, ex c. Agatho 27. q. 2.

Quartum est votum simplex castitatis in saculo servanda, vel ingrediendum religionem, vel suscipiendi Ordinem sacrum, vel nunquam nubendi, c. 6. Qui Clerici &c. Nam votum iure divino naturali obligat ad sui observacionem, ne fides Deo data violeetur. Validum tamen est Matrimonium, ex cap. cit. Nam ex natura rei res aliquid promissa potest alteri validè, licet illicitè, dari. Ac votum simplex non corporis traditionem, sed solum promissionem complectitur. Post votum simplex adhuc remanet homo dominus corporis sui, & ideo potest ipsum dare alteri, scilicet uxori, S. Thom. in 4. dist. 38. q. 1. a. 2. q. 2.

Quæst. II. Quænam observanda sunt circa Bannam seu denuntiationem futuri Matrimonii?

Resp. Sequentia, 1. Licet ad valorem Matrimonii non requirantur, cum nullo jure eo earum defectum irritetur, tamen graviter precipiantur a Conc. Later. IV. & Trid. sess. 24. c. 1. Quare qui sine illis, vel legitima dispensacione Episcoporum contrahunt, & Parochus assistens, peccant mortaliter. Quia violant præceptum Ecclesie in re gravi, ubi agitur de gravissimis malis impediendis: nisi tamen excusetur urgentissima necessitas, qualis reperitur in articulo mortis; ut si concubinaris brevi mortuus valeat & debet contrahere Matrimonium cum concubina; tunc si nequeat adiri Episcopus vel ejus Vicarius, Parochus per epichejam poterit interpretari legem illam in tali casu non obligare.

2. Ex præcepto fieri debet tribus diebus festivis continuis, non tamen immediatis, ab utriusque contrahentis Parocho, vel Parochis in Ecclesia inter Missarum sollempnia, nisi ex causa iusta Ordinarius dispenderit, ex Conc. Later. IV. c. 51. & Trid. sess. 24. c. 1. Quare si contrahentes sint diversarum parochiarum, debent fieri denuntiaciones in utriusque parochia: & tunc unus Parochus non potest Matrimonio assistere, nisi habeat testimonium alterius Parochi de illis factis. Quod si alteruter sponsus non ita pridem in aliqua parochia commoretur, denuntiaciones fieri debent eo in loco, ubi distinctus manserit, ut facilis impedimenta, si que fuerint, detegatur. Quoad vagos vero Parochus nihil debet agere sine licentia Ordinarii, ut jubet Conc. Trid.

Nota. In lib. 8. cit. tract. c. 69. num. 2. de publicatione Matrimonii in Ecclesia faciendi, hæc ha-

habentur: Et ne necedamus ab exemplo matrimonii, cui habetur inquit, Innoc. III. in Concilio generali Lateranensi relati. in cap. Cum inhibito de clandest. desponsat. Matrimonium priusquam celebratur, publice in Ecclesia denunciari precepit, eandemque publicationem rei faciendam statuit Tridentinum cit. c. 1. sess. 24. de ref. Matrim. nisi Episcopus aut omnes, aut eorum aliquam omittemdem consueverit, quod eisdem iudicio, & prudentia relinquatur. Parochus autem matrimonio interesse presument, cui legitima non precesserint denuntiationes, suspensione ab officio triennio duratura, aut etiam graviori pena plecti iubetur in c. Cum inhibito, §. fin. a qua eisdem suspensione, cuius tempus est a iure determinatum, non posse eundem, intra triennium, ab Episcopo absolvi docent Sanchez de Matr. lib. 2. disp. 42. n. 2. Gutierrez de Matr. c. 75. n. 2. Pontius lib. 2. c. 237. n. 21. Igitur vero contrahentes, quia Ecclesia mandatum in re sane graui contemnunt, condignam penitentiam, iniungendam in cod. cit. §. fin. statuit. Trepidibus tamen, qui eiusmodi matrimonii assumptum, nulla pena, neque a Conc. Later. neque a Trid. reperitur imposta: ac nihilominus plerumque Diocesano Synodi in illos duxerunt animaduertendum pena excommunicationis late sententia, quamvis porro solo in 4. dist. 28. q. 1. art. 2. §. Quod igitur, absonum usum sit, a particulari Synodo illam in predictos testes irrogari penam, a qua impingenda Concilia Generalia abstinuerunt, ac proinde praefatas Constitutiones irritas existimauerit: rectius tamen eandem validitatem proponunt, atque a Suis argumentis vultus Sanchez cit. lib. 2. disp. 45. n. 8. Etenim cum testes praefati auctoritatem praesentis matrimonii ab Ecclesia interdicit, grauius proffeso in Ecclesia leges delinquent, quapropter Synodales Constitutiones eorum culpam debita coercentes penam, nihil agunt contra Canones, sed Canones ipsi tenent, ac facient, sicut animaduertit etiam Fagnanus in cit. cap. Sicut olim n. 78. de accusat. ubi loquens de Synodo Provinciali, quod in re, quam in praesens versamus, non plus auctoritatis habet, quam Diocesana, ait: Non tamen horum potestas adeo restringitur, quin multa statueri possint circa ea, quae totam provinciam concernunt, praeter ius commune... sicutque decretis ius commune adiuuare, addendo novas penas, vel antiquas augendo.)

2. Inter singulas proclamationes, item inter ultimam & ipsam Matrimonii celebrationem intercedere debet aliquod intervallum, iuxta cuiusque diocesis statuta.

4. Est morale si una a tribus omittatur, nihil probabilis adit fupia Matrimonium posse multo tunc impediri, tunc enira Conc. Trid. pernitentiam denuntiationem praemittit, aut etiam nullam de licentia Ordinarii, si hoc putetur necessarium ad amovendum periculum.

5. Si intra duos menses post factas denuntiationes Matrimonium non contrahatur, ille repetatur, ni aliter Episcopo videatur. Ita Rituale Rom. quia interea possunt ipsi contraxisse aliquid impedimentum.

6. Qui extra confessionem novit aliquid impedi-

mentum, etiam occultum, inter nupturientes, tenetur sub mortali illud detegere, tum ex praeccepto Ecclesiae, tum iure naturali. Nam tunc agitur de bono communi, salute proximi, & valore Sacramenti; & quique grauius tenetur, quum praesertim iubeat superiore, impedire grave damnum proximi, qualis est nullitas Matrimonii, ex qua plura peccata & incommoda oriuntur, ut concubitus, illegitimitas filiorum, unde Conc. Cacerac. ann. 1562. iuber excommunicari eum, qui verum impedimentum sciens reticuerit, sicut qui saluum fixerit.

Nec obstat quod nequeas probare impedimentum; nam unus testis fide dignus Matrimonium impedit ex cap. 27. de sponsal. donec oppositum probetur. Quod si inde oritur infamia denunciatio, tenetur privatim admonere, ut a Matrimonio desistat: quod si nolit, tenetur monere Parochum. Item quique tenetur declarare si alteruter habet impedimentum prohibens, ob praecceptum Ecclesiae; & quia quique tenetur impedire peccatum proximi & peccati executionem, cum potest saltem sine suo gravi damno prohibere Matrimonium, nec ei assistere, sed remittere ad Episcopum vel eius officialem.

Quaest. III. Quos sunt impedimenta dirimentia? Resp. Post Conc. Trid. sunt quindecim his verbis comprehensa:

1. Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, homicidium, Aetas, affinitas, si clandestinum, & impot.

Si mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.

Hac locanda vetari concubia, facta restituti.

Porro est peccatum mortale contrahere cum aliquo ex his impedimentis: nam fit contra prohibitionem Ecclesiae in re gravi, & attentat Sacramentum, quod non potest efficere. Hinc ne quidem metus gravis excusaret a peccato: nam vel cum aliquo ex his scilicet contrahens ex metu gravi intendit contrahere, & tunc tenetur Sacramentum, quod non potest efficere; vel solum fingere se intendere, & tunc fingere se ministrare Sacramentum, quod non vult ministrare, quod utrumque est grauius iniuriosum Sacramentum.

1. Error. Si fit circa substantiam personae, iure etiam naturali Matrimonium irritat. Quia impedit consensum in substantiam contractus, nempe in personam, quae contrahitur: nam persona est substantiale ac primarium obiectum Matrimonii, cum sit res ipsa, circa quam contractus Matrimonii primario versatur. At nullus est contractus sine consensu circa substantiale obiectum illius. Idque etiam error fit solum concontractus, quia adhuc deest consensus actualis positivus essentialiter requisitus ad hunc contractum: nam quod incongruum est, non potest esse actu volutum. Unde Lia pro Rachele obruta Jacobo, Gen. xxxix. non fuit vere eius uxor, nisi postquam ipse detecta fraude Liam acceptavit in uxorem.

Si vero error sit solum circa qualitatem, seu accidentia personae, iur nobilitatem, divitias, virtutem, virginitatem, invidiam &c. non dirimit Matrimonium, etiam alterius contractus doli et causam dedisset. Quia nihilominus adest consensus absolute ius personam, cum qua contrahitur, que est ob-

jectum directum ac substantiale huius contractus: nam defectus accidentium non tollit substantiam rei, nec consensum absolutum in rem ipsam, causa 29. q. 2.

Excipit. 1. nisi error qualitatis redeat in errorem personae, ut cum qualitas personam determinat, distinguuntur a quavis alia: ut si intendas contrahere cum primogenita, quam alter non novisti, & eius loco detur secundogenita: nam error circa talem qualitatem impedit consensum circa obiectum substantiale per illam determinatum. 2. Nisi consensus datus sit solum sub conditione talis qualitatis, circa quam erratur, ut si dicas: Accipio te in uxorem, si es dives, vel nobilis &c. Secus, non te accipio. Tunc enim qualitate ista non subsistente Matrimonium nullum est, propter defectum consensus in personam aliquam vel in qualitatem: nam consensus conditionalis non subsistit, non subsistente conditione, cui alligatur. Sed tunc requiritur ut contrahens habeat actu voluntatem non alteri contrahendi, vel antea haberit, nec revocari: Verum si conditio exterius non exprimitur, contractus in foro externo censetur absolutus: unde si quis interius consensisset tantum sub conditione si fit dives, nobilis &c. cogereetur illum ducere, & consensum absolutum dare.

II. Conditio. Conditio servilis ignorata, dum persona libera contrahit cum persona serva putans esse liberam, ex c. Si quis ingenuus, 29. & ex c. 2. & 4. de coniugio servorum. Ratio huius impedimenti est, ut tollatur magna contractus inequalitas, & ut impellatur gravis iniuria personae liberae ignorantis illata. Valet tamen Matrimonium, si persona libera cognoscatur alterius servitute, ex c. cit. nam tunc consentit in illam inequalitatem: vel si persona serva doceat aliam servam, putans esse liberam; quia par est utriusque conditio, ibi. Nominem personae servae hic intelligitur masculinum, in quod dominus habet plenum suum vendendi, donandi, & quibuslibet operibus servilibus occupandi.

3. Conditio nominis hic intelligitur status servitutis. Servorum vero quadruplex est genus, nempe adscriptiorum, domesticorum, mancipiorum, & servorum penae.

Domestici ii sunt, qui operas suas hero locant pacis pro iisdem mercede, & qui nominis penes eandem operas a dominis pendunt.

Adscriptitii, seu servi glebae sunt ii, qui certos agros colere, & exercere tenentur in commodum domini cuiuscumque, ad quem praedicti agri deveniunt: his solum deditur, quae ad vires substantiationem necessaria fuerint. Et ii ratione solum glebae sui agri a dominis suis pendunt.

Mancipia, seu servi stricte sumpti, sunt ii, in quos patronus plenam habet libertatem, adeo ut eos tanquam rem suam vendere possit, aliis locare, quae voluerit transmittere, & in iis quibus velit licitis operibus occupare.

Denique servi penae, ii sunt, qui ex iudicis sententia penae alicui mancipati sunt, puta qui damnati sunt ad trimeses, ad exilium perpetuum, ad mortem, quam fuga declinauerunt.

Nulla hic movetur difficultas de domesticis, aut servis glebae: ii enim vere liberi sunt, adeoque si quis servitute eorum ignoret, non desinet verum contrahere Matrimonium, cum Matrimonium hoc nul-

la lege, iure nullo decernatur invalidum. Tota igitur difficultas est de mancipiis, ac servis penae: de mancipiis satis Auctor; hoc unum quatenus in praesenti, an valeat Matrimonium ab iis contractum, quod servi penae dicuntur. Resp. Valere quoad Sacramentum: quia impediuntur conditionis Matrimonium dirimens et iuris positivis ecclesiasticis, nulla vero ecclesiastica lex iuris declarat huiusmodi hominum Matrimonia.

2. Si liber cum ancilla ex errore contraxit, & iniuriam passus est, potest propria auctoritate recedere, seculo scandalo, quod sequeretur, si Matrimonium publicum esset, quod in casu ecclesiae iudicio fieri separatio oportet. Nec solum liber, sed etiam servus, cum Matrimonium sit nullum, recedere potest. Quid vero, si pars libera, cognita servitute, maneat in contracto coniugio veliti? Si persona serva, non tenetur contraxit, sique liberam partem deceperit, non tenetur Matrimonium renovare; si vero fraudulenter conijugem decepit liberum, tunc non ratione contractus, qui nullus fuit, sed ratione illatae iniuriae censetur tenetur libero coniugi contrahere volenti. Servitute Matrimonio rato superveniens Matrimonium non dirimit. Nam quod semel valuit in hac materia, semper valet.

3. Tres sunt casus in quibus iura disponunt, servum per Matrimonium liberatum ancilla. 1. Et, cum dominus dotem constituit mancipii. 2. Quando dominus ancillam in conjugem recipit, aut dominus servum. 3. Et, quando dominus tradit servum, aut ancillam libero ignorantem talem servituti; aut si ipse non tradat, consentit tamen, nec detegit ignorantem veritatem. Disputant in utramque partem Theologi, valet ne Matrimonium in his tribus casibus, praesertim in ultimo? Opinio astrictissima videtur probabilior, quia servitus ista nullius momenti est: cum, Matrimonio contracto, continuo evanescat, & pars libera non fiat deterioris conditionis. Matrimonium cum libera, quae prius fuit ancilla, & postea affecta est libertatem plenam, validum est. Si vero ancilla nondum evasit libera, sed promissionem habet a domino obtinende pro breve tempore libertatis; tunc si tempore servitutis contrahat, Matrimonium nullum est. Idem dicendum; si libertatem assignatur ad tempus, puta ad biennium, postea redigenda in servitutum: quia tunc revera manet servitus, licet per breve tempus abrupta.)

III. Potum. Scilicet votum sollemne castitatis per professionem factam in religione approbat, vel per susceptionem Ordinis sacri, ex Conc. gen. Later. I. c. 21. & Lat. II. c. 7. ex c. 1. de voto in 6. & ex Conc. Trid. sess. 25. can. 9. ubi si quis dixerit, Clericus in sacris Ordinibus constitutus, vel Regularis castitatem sollemniter professus, posse Matrimonium contrahere, contractumque validum esse, non obstante lege Ecclesiastica, vel voti... anathema sit. Item votum simplex castitatis in Societate Jesu post biennium novitatus emissum, ex Bulla Greg. XIII. Ascendens Domino &c. Matrimonium contrahendum dirimit, quamvis antea contractum non dissolvit. Religiosi autem, Moniales, Clerici in sacris constituti, & Laici in gradibus prohibitis tentantes inire Matrimonium, excommunicantur ipso facto, ex Clement. de consang.

4. Habes itaque sollemne votum ex sola lege Ecclesiae